
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
24 R
5

# PRACTICA FIDEIVSSORIA,

## SEV MODVS IN CAVSSIS CIVILIBVS ET CRIMINALIBVS

fideiubendi, & Reos præſentandi, & in contrauentionum caſibus contra Principales, & fideiuſſores procedendi:

*Ioanne Bernardino Muſcatello, I. V. D. Authore.*




IN QVA VLTRA MODOS VIGINTI, QVIBVS VARIÆ FIDEIVSSIONUM formæ ac ſpecies enucleantur, decem principales quæſtiones dictos modos concorrantes, accurrate diſcutiuntur, & in omnibus noſtrorum temporum recentiſſima obſeruantia recenſetur.



*Cum Summariis & Indice locupletiſſimo.*



FRANCOFVRTI,
*Apud Zachariam Paltbenium,*
M. DC,









# ADMODVM ILLVSTRI DOMINO VINCENTIO DE FRANCHIS.

*SACRI REGII CONSILII Neap. Consiliario & Præsidi, ac Viceprothonotario, ad supremumq; Italiæ Consilium apud Maiestatem Catholicam electo,*

Ioann. Bernardinus Muſcatellus, I. V. D. Salutem, &c.



*Vemadmodum, qui oblectandi ſe cauſſa Phaſelum adſcendens Maris tranquillitate, aeriſq; ſerenitate illectus, nunc hos, nunc illos varios delectabiles piſcium receſſus perquirens, ac intuens, voluptatis dulcedine ductus, paulatim progrediendo, demum ſe in altum conſcendiſſe proſpiciat, verenſq; ne ſubitanea Maris perturbatione naufragium faciat, laſſis remis ad littus properet: Ita ipſe (Illuſtris Præſul) cum particularis mei Clientis fideiuſſoris caſus ad in iure ſcribendum aliqua me impegerit,*

)( 2 rit,


*rit, paruo mei ingenii Phaselo in immensum Iuris pelagus intraui. Cumq; varios hac de re scribentes Authores perquirerem, in fructiferum atque odoriferum tuarum decisionum Sacri Regii Consilii nuper impressarum pomarium incidi, in quibus tuæ eloquentiæ dulcedine, doctrinæ ac scientiæ profunditate, variorumq; casuum frequentia allectatus, ex vno, de quo scribere decreueram, modo in multos ac varios protractus fui. Cum tamen vltra vires nauigationem suscepisse aduerterim, naufragiũ timens, ad littus quam citius me reduxi. Ea autem temporis commoditate qua potui, viginti modos, quibus de iure in Regno in caussis ciuilibus, & criminalibus, fideiussiones concipi possunt, ac contra fideiussores in contrauentionũ casibus p̃cedi, cum decem quæstionibus, magis in practica frequentatis, collegi. Opus licet prima fronte insipidum, ex vsu tamen, & experientia magnam (vt spero) Lectoribus, Causidicisq; ac magistratibus præcipue vtilitatem allaturum. Cumq; hos fructus, quales quales sint, in publicum vehendos esse aliqui existimauerint, id mea allatoris inopia, atq; insufficientia facere verebar. Cogitaui itaq;,*

*vt si*

*vt si eos vt tuos, exque tuarum decisionum pomario collectos, educerem, facile in totius mundi, nedum Regni huius foro, ab omnibus extimandos atq; approbandos esse. Quato enim cuique notũ non est, te post immensam honoris ac virtutis gloriam, ob admirabilem tui ingenii perspicacitatẽ, ac facundiam in supremorũ Aduocatorũ subselliis Neapolitanæ Vrbis acquisitam, à Rege nostro Catholico PHILIPPO de AVSTRIA Inuictissimo, tuis meritis tantũ in Consiliariorum ordinẽ amplissimũ Magistratũ cooptatũ fuisse? In quo per annos fere viginti adhuc & quinque persistens, tum propter pæne diuini ingenii, & intellectus viuacissimũ lumen, in extricandis, ac litibus pæne immortalibus ex peditione celerrima terminandis, tum ob sacrosancta Sacri Regii Consilii in tuis doctissimis decisionibus responsa recollecta toti mundo mirabilis ac immortalis, Sacriq; Regii Consilii authoritati ac commodo pro publica totius orbis, nedũ Regni vtilitate necessarius factus es. Hincq; euenit, quod licet idem Inuictissimus Rex, ob tua immensa merita, te etiam ad sui lateris Comitatũ Regentem Regiam Cancellariam in Hispania vocauerit,*

*tamen deinde publicam magis intuens vtilitatē, suo proprio parcens desiderio, Sacr. Reg. Consilii Præsidēt. Neapol. creauit, vt te simul per omnes dignitatū gradus meritissime eueheret, ac Sac. Regii Consil. totiusq́; Regni cōmodo & authoritati prospiceret. Tutissime igitur in publicū coram beneuolis, ac etiam inuidis & detractoribus, paruus hic labor prodierit. Illi enim tui nominis gloria, ac dignitate, maiori beneuolentia in hæc scripta exhuberabunt: Hi vero ob tuam eminentem authoritatem ea lacerare, & conuiciari non audebunt. Restat modo (Illustr. Præsul) vt ea charitate, qua hunc partum meæ perpetuæ erga te seruitutis arrham amplecti te ac fauere cōnfisus sum, eadē quoq́; illum, qui elapsis annis typis publice datus, de doctoratus dignitate, decore & authoritate, tuo etiam gremio humanissime amplectaris. Vnico hoc namq́; volumine ambos continendos existimaui, vt à te, in quo verā Doctoratus dignitatem, proprium decus, ac condignam authoritatē inspicimus, defendatur. Vale, meq́; tui semper obsequentissimum ama. Neapoli, Octauo Calendas Iunii. M. D. XCIII*

TOTVM



# TOTVM PRAESENS OPVS DIVIDITVR IN DVAS partes principales, quarum

*Prima continet ſubſcriptos viginti Modos fideiubendi.*

PRIMVS, Secundus, & tertius Modus coniunctim continet fideiuſſionē toties quoties, vel de repræſentando in forma, ſeu nouis ſuperuenientibus indiciis.

IV. Modus de repræſentando tempore publicationis, vel cauſſæ expeditionis, ſeu finitis feriis, vel aliter.

V. Modus de repręſentādo infra menſem, ſeu dies decem, ſeu aliud tempus præfixum.

V I. Modus de repræſentando infra dies decem vel ad omnem Curiæ requiſitionem.

V I I. Modus de repræſentando infra dies decem, vel menſem, abſque alia Curiæ requiſitione.

V I I I. Modus de repræſentando intus carceres.

I X. Modus de repræſentando conſignatum per chlamydem.

X. Modus de repræſentando habilitatum per Palatium, ſeu ad meliores carceres.

X I. Modus de fideiuſſione de reficiendis expenſis in caſu ſuccumbentiæ.

X I I. Modus de ſtando iuri, & ſoluendo iudicatū.

X I I I. Modus de parendo mandatis Curiæ.

X I I I I. Modus de ſtando, ſeu parendo ſyndicatui.

X V. Modus de non offendendo.

XVI. Modus de reſtituendo cui, quibus, & quando.

X V I I. Modus de exhibendo, & non baratando.

X V I I I. Modus de reſtituendo in caſu retractationis,

XIX. Modus

XIX. Modus fideiub. pro eo qui promiserit se facturum, & curaturum, &c.

XX. & vlt. Modus, de extrahendo aliquem indemnem, & illæsum.

*Altera continet decem principales quæstiones: Quarum*

I. An post condemnationem principalis & fideiussoris mora purgari possit?

II. An fideiussor teneatur ad pœnam tantum, vel etiam ad interesse?

III. An fideiussor de repræsentando ad tempus possit ante tempus repræsentare?

IV. An fideiussor agere possit contra principalem, antequam soluat?

V. Fideiussio de repræsentando, in qua non fuit tempus appositum, quanto tempore duret?

VI. An fideiussor renouari possit inuito creditore?

VII. An fideiussor, bonis principalis in fiscũ publicatis, creditoribus teneatur?

VIII. An exceptio principali competens fideiussori quoque competat?

IX. An moratoria seu quinquennalis, per principalem obtenta, fideiussori prosit?

X. & vltima, An fideiussor conueniri possit absq; principalis excussione, & in quibus casibus.



# PRACTICAE, SEV MODI FIDE-IVBENDI,

Auctore

*IOANNE BERNARDINO MVSCATELLO, I.V.D.*

Pars Prima.

## *PROOEMIVM.*

## SVMMARIVM.

1 *Fideiussio ex officio & amicitia originem trahit.*
2 *Fideiussio nascitur ex charitate.*
3 *Fideiubere pro proximo an teneamur.*
4 *Præmium vnde meremus, non debemus dispendium pati.*
5 *Fideiubere pro quibus debemus.*
6 *Caussæ quæ Authorem mouerint ad tractatũ hunc conficiendum.*
7 *Diuisio totius operis, & quæ in eo continentur.*
8 *Modi viginti concipiendarum fideiussionum.*

CVM Mandatum de fideiubendo ex officio † & amicitia originem tra- 1
hat, *vt ex l.1.ff.mand.* & vti gratuitus actus mandantis duntaxat gratia fiat, *vt in ead. l.1.& per Bald. in l.si pro ea,nu.5. C. eod.* ac † ex 2
charitate nascatur ita, vt secundum ius cano-

3 nicum, † ex charitatis debito quis pro proximo fideiubere teneatur, & si negauerit, vltra quod peccat, compelli possit, *vt per Ancha. 11. quæst. 1. cap. sicut. & ibi glossam refert Lucas de Penna in l. quicumq., num. 9. C. de fund. patrim.*
4 *lib. 11.* non † est conueniens, vt ex officio, vnde quis præmium habiturus esset, dispendium patiatur, *vt in cap. peruenit, de fideiuss. & 4. quæst. 3. c. si testes §. venturis. & in l. si seruus com. §. quod vero, ff. de furt. cum alijs alleg. per glos. in d. cap. peruenit.* Vnde cum sæpissime accidat, amicum
5 pro amico, † & proximum pro proximo fideiubere, non autem pro extraneo: nam affligetur malo qui pro extraneo fideiusserit, *vt Prouerb. 11. & per Lucam in d. l. quicumque, in fin.* obque moram à principali commissam, vel per contrauentionem, vel promissorum non adimplementum amicus, seu proximus fideiussor, vnde præmium habere sperabat, grauissimum bonorum, ac personæ dispendium incurrat, inferioresque Regni Magistratus magis, quam caussa deposcat, rigorose ad pœnarum condemnationem, ac executionem procedant, operępretium duxi (cum casus familiaris mei Clientis occasionem præbuerit) de hac re scribere, omnesque modos fideiussionis in Regno stipulandi, & concipiendi, ac contra principales, & fideiussores in contrauentionum casibus procedendi inuestigare, & secundum recentissimam Sac. Reg. Cons.

Magnæ-

Magnæque Curiæ Vicariæ praxim, eos distinguere, ac declarare, tum ne officiosi fideiussores persæpius † ex eorum gratuita actione molestiam, ac dispendium subire cogantur, tum etiam, vt alii Regni Magistratus, in non tam rigorose contra amicos fideiussores procedendo, modum ac normam addiscant. 6

Et quia de iure communi à Doctoribus variæ formæ traditæ fuere, *vt per Specul in tit. de fideiuss.* & à nostris Regnicolis practicis confuse, ac obscure reassumtæ, ideo vt hic omnes Modos in variis locis positos congestos habeamus, prius † sigillatim eos ponemus, 7 deinde vnumquemque de per se enucleabimus, particulari praxi cuique accommodata, tam in modo reos habilitandi, & fideiussores pro eis recipiendi, quam contra principales procedēdi, secundum nostra nouissima tempora: ac demum quæstiones decem frequentius in Palatiis circa prædictos modos occurrentes subiiciemus.

Primus itaque Modus concipiendi fideiussiones erit, quando Reus principalis † & fideiussor se obligauerunt de repræsentando, 8 vel aliud faciendo, si & quoties ipse principalis fuerit requisitus, *de quo in Ritu. 164. incip. Item eodem sero, seu die, &c.*

Secundus erit, quando se obligauerunt de repræsentando, &c. si & quoties ipse principalis fuerit requisitus, vel ipsi fideiussores fue-

rint requiſiti, *de quo in alio Ritu 159. incipien. in primis quòd fideiuſſores iurant, &c.*

Tertius erit: Talis promiſit ſe repræſentare, vel ſoluere, vel concordare, vel aliud facere, &c. quoties fuerit requiſitus, & ad maiorẽ cautelam, & ſecuritatem, dedit, & poſuit T. fideiuſſores & principales promiſſores pręſentes, & ſe obligantes, ac teneri volentes, &c. qui curare habeãt modis omnibus, &c. quod quãdo dictus principalis, & ipſi fideiuſſores fuerint requiſiti, ſe præſentent, &c. & hunc modũ à duobus præcedentibus diuerſum poſuit Carau. *ſuper d. Ritu 159. in not. 1. verſ. hodie circa, &c.*

Quartus modus erit, vt ſe obligauerũt pręſentare, vel ſoluere, &c. tempore publicationis, vel expeditionis cauſſæ, vel alterius actus explendi.

Quintus erit, de pręſentando, vel ſoluendo, &c. infra menſem, vel dies decem, ſeu aliud tempus præfinitum.

Sextus erit, de præſentando ſeu, &c. infra menſem, vel ad omnem Curiæ, ſeu iudicis requiſitionem.

Septimus erit, de præſentando vel, &c. infra menſem, abſque alia ipſius Curiæ ſeu iudicis requiſitione.

Octauus erit, de repræſentando aliquem intus carceres, à quibus fuit habilitatus.

Nonus erit, quando quis fuit habilitatus, ſeu

ſeu conſignatus per clamydem alicui, cũ obligatione de repræſentando prima die, vel aliter.

Decimus erit, quando aliquis fuerit habilitatus per Palatium, vel de carcere ad carcerem, vel in loco, quem teneat loco carceris.

Vndecimus erit, quando quis fideiuſſerit de ſoluendis, & reficiendis expenſis in caſu ſuccumbentiæ.

Duodecimus erit, quando quis fideiuſſerit pro aliquo de ſtando iuri, & ſoluendo iudicatum.

Decimus tertius erit, quando quis fideiuſſerit pro aliquo de parendo mandatis alicuius Tribunalis, ſeu iudicis.

Decimus quartus erit, quando quis fideiuſſerit pro aliquo de ſtando ſyndicatu,, vel parendo ſyndicatui.

Decimus quintus erit, quando quis fideiuſſerit pro aliquo de non offendendo.

Decimus ſextus erit, quando datur cautio, ſeu fideiuſſio de reſtituendo, cui, quibus, & quando.


Decimus ſeptimus erit, quando quis fideiuſſerit de exhibendo, & non baratando.

Decimus octauus erit, quando fuerit præſtita fideiuſſio in caſu retractationis ſententiæ.

Decimus nonus erit, quando quis fideiuſſerit pro aliquo, qui promiſerat ſe facturum

curaturum, quod aliquis renunciet ſeu ratificet, vel quid, &c.

Vigeſimus & vltimus modus erit, quando quis fideiuſſerit extrahere aliquem indemnẽ, & illæſum ab aliqua fideiuſſione, ſeu obligatione. Poſſet etiam ſtudioſiſſimus inueſtigator nonnullos alios modos in iure inuenire, quos in hoc opere omiſimus, vti non in Practica, & Palatij aſſuetos, & Maran. *in ſuo Spec. parte 6. memb. 8.* poſuit treſdecim ſpecies ſatisdationis, ſatis ſuccinċte, ac diuerſas à prædictis modis per nos deductis, nec adeo in Practica frequentes, ſed potius de mero communi iure procedentes, vt cuique diligenti Lectori perſpicere licebit.



PRI-



# PRIMVS, SECVNDVS, ET TERTIVS MODVS.

## CONIVNCTIM.

## SVMMARIVM.

1 *Fideiussionis Modi secundum aliquos ritus magnæ Curiæ.*

2 *Fideiussores obligati secundũ dictos Modos an sint requirendi.*

3 *Modi prædicti traditi per dictos ritus, an seruentur hodie in Magna Curia & Sac. Conf. & nu. 6.*

4 *Petrus Follerius varius in suis fragmentis.*

5 *Follerij eiusdem illatio ex dictis ritibus an procedat.*

6 *Modus verus formandi fideiussiones hodie, continens primum, secundum, & tertium modum.*

7 *Fideiussores obligati secundum prædictos modos, ac hodiernam formam, an & quomodo sint citandi, & requirendi.*

8 *Practica procedendi contra dictos fideiussores per Cara. tradita, an procedat, & noua traditur per authorem.*

9 Accusatio obligationis penes acta habetur loco sententiæ.
10 Fideiussores vario modo obligari possunt, & ob id diuersimodè contra eos proceditur.
11 Fideiussores an teneantur ad aliam pœnam vltra pecuniariam.
12 Fideiubendi forma, toties quoties, &c. an vsitetur in Sac. Consi. & Magna Curia.
13 Fideiussio in forma, hodie quæ sit.
14 Fideiussio, toties quoties, &c. tria continet, & an concurrere debeant vt committatur.
15 Fideiussio nouis superuenientibus indiciis, quomodo concipienda, & quomodo committatur.
16 Iudex an teneatur iurare, quod noua indicia sint ex eodem delicto, & opinio Follerii sit vera circa hoc.
17 Fideiussores an per instantiæ peremtionem liberentur.
18 Fideiussores toties quoties, an possint citari à iudice alterius Tribunalis, & Carau. opinio sit vera circa hoc.
19 Fideiussio capta coram vno iudice an fidem faciet coram alio.
20 Iudex volens exequi obligationem captam in alia Curia, quomodo procedere debeat.
21 Fideiussio, toties quoties, &c. quousque duret, & an per vnicam præsentationem expiret.
22 Cæsar Vrsillus Commentator Deci. Afflicti, malè Afflictum reprehendit.

*23 Afflictus defenditur ab Authore contra Vrsillum.*
*24 Verba apta ad denotandum infinitatem in fideiussione quæ.*
*25 Sac. Consf. quomodo interpretatus fuit dicta verba infinitatem denotantia.*
*26 Distinctio tradita per Vrsillum damnatur.*
*27 Fideiussio, toties quoties, quare per vnicam repræsentationem exspirat.*
*28 Fideiussor adimpleto modo sub quo fideiussit, an sit liberatus.*
*29 Fideiussio nouis superuenientibus indiciis, an exspiret, si semel noua indicia superuenient.*
*30 Ablatiui absoluti inducunt modum & conditionem.*

QVOAD Primum itaq;, secundum, ac
tertium Modum, (nam sub tertio con-
tinentur duo præcedentes, vt infra) est aduer-
tendum, quod Ritus per nos supra alleg. 164.
secundum ordinem à Cara. positum, *incip. item
eodem fero, &c.* apertè dicit, quod si ita fide-
iussionis stipulatio concepta fuerit, videlicet,
*si & quoties fuerit principalis requisitus, &c.* si prin-
cipalis † deinde fuerit tantum requisitus, pos- 1
sint fideiussores condemnari vna cum princi-
pali, absque alia requisitione ipsis fideiussori-
bus facta, & hoc (inquit ibi tex) erit propter
formam fideiussionis, hocq; dixit apertius a-
lius Ritus 165. *incip. Item quod à bannitis, ver. no-
ta quod, &c.* vbi apparet, nedũ in casu proposi-

to secundum illam formam fideiussionis, *si & quoties ipse principalis fuerit requisitus, &c.* quam supra posuimus pro primo modo, sed etiam secundum aliam formam fideiussionis, quam pro secundo modo posuimus ex Ritu 159. *inci. in primis quod fideiussores iurant, &c.* videlicet, *si & quoties ipse principalis fuerit requisitus, vel ipsi fideiussores fuerint requisiti, &c.* adhuc posse condemnari principalem, & fideiussores, si principalis tantum fuerit requisitus absque alia requisitione fideiussoribus facta, & hoc (inquit ille Ritus) propter illam dictionem disiunctiuam, *vel*, ex cuius natura sufficit ad condemnãdum fideiussores, quod principalis fuerit requisitus, & quòd hæc forma vsitetur per Magnã Curiã. † Subdit ibi Ritus: sicq; ex dictis Ritibus habemus, quod siue fideiussio fuerit capta secundũ primũ modũ, siue iuxta secundũ supra per nos positos, semper fideiussores absque alia requisitione condemnari possunt ex sola requisitione principali facta, in primo propter propriam formã fideiussionis, in secundo pp qualitatem illius dictionis, *vel*, quæ est disiunctiua. Sed videamus, an hodie prædicta procedant, ac formæ dictarum fideiussionũ seruentur in Magna curia, † & Sacri Consi. seu aliis tribunalibus. Maranta Doctor Regnicola *in d. par. 6. sui Spec. memb. 8. nu. 5.* ostendit esse in vsu dictorum Rituum dispositionẽ: immò dixit, quod hęc dicitur in Regno forma consue-

consueta, quando notarius stipulatur fideiussionẽ in forma consueta, &c. Sed Petrus Follerius qui scripsit post Maran. *in suis fragmentis positis post practicam crimin. in tit. de fideiussoribus, in princ. nu. 248. & 249. & circa fin. sub nu. 275.* circa obseruantiam † dictorũ Rituum videtur 4
variare: nam in princ. dum posuerat formã fideiussionis iuxta d. Ritum 159. dixerat: Ex hoc infero, quod licet forma fideiussionis sit, quod quoties fuerit requisitus ipse principalis, vt se præsentet, toties teneantur fideiussores præsentare: tamen si non præsentauit se Reus, nõ ex hoc sunt in pœna fideiussores, quia debuerunt requiri iuxta formam dicti Ritus, licet contrarium dixerit Bald. *in Addit. ad Specul. in titul. de dolo, & contum. in rubr.* sicque Follerius expresse videtur firmare, quod fideiussores sint requirendi. Sed circa finem *sub d. nu. 275.* dubitare videtur: inquit enim quod dura videtur nimis dispositio dictorum Rituum, & in facti contingentia reliquit dubitandum super obseruantia dictorum Rituum, licet ipse testetur Deum, quod nunquam vidit practicari. Sed aduerte: nam illatio quam Follerius † facit *sub d. numer. 249.* ex d. Ritu 159. dum 5
ibi dicitur de requisitione extraiudicialiter facienda fideiussoribus &c. non videtur posse procedere in casu, quo fideiussio fuerit hoc modo concepta, videlicet, *si & quoties ipse principalis fuerit requisitus, vt in d. Ritu 104.* ita vt requi-

quisitio fuerit specificata respectu ipsius principalis tantum. Nam in d. Ritu 159. non dicitur de requisitione extraiudicialiter facienda etiam fideiussoribus: Sed quia fideiussores ibi fuerant primo requisiti, ideo inquit Ritus, quod in eadem requisitione etiam principalis erit requirendus: secus vero si primo fuerit requisitus principalis: nam tunc propter formam fideiussionis per illam dictionem, *vel*, non erunt requirendi fideiussores, vt dicit apertissime Ritus alleg. 165. & sic bene considerando illatio illa non procedit ex illo Ritu 159. Sed quicquid sit hodie, veritas est, prout inquit Caraui. *super d. Ritu 159. in prima not.*
6 † vt in practica temporibus nostris aliter obseruetur circa prædictas fideiussiones, sed tantum seruatur tertius modus supra per nos positus, sub quo includentur primus, & secundus. Nã principalis primo promittit ac se obligat se præsentare quoties fuerit requisitus, & postmodum eodem instanti, & in eadem promissione seu obligatione dicitur, *& ad maiorem securitatem dedit T. fideiussores, & principales promissores præsentes, & se obligantes ac teneri volentes*, nec ponitur dicta promissio alternatiua, *prout in d. Ritibus 159. & 165.*

Sed subiungitur, qui curare habeant modis omnibus, &c. quod quando dictus principalis, & ipsi fideiussores fuerint requisiti, se presentẽt, &c. sicq; quando curia postea egerit præ-

rit præſentia principalis, vnica citatione requirit ipſum, & fideiuſſores cum inſerta forma fideiuſſionis, nec vnquam reperies principalem citatum ad repræſentandum ſine requiſitione fideiuſſorum, tum ex forma fideiuſſionis, quæ erit Tertius modus per nos poſitus, tum etiam ad euadendum altercationem prædictam circa obſeruantiam dictorũ Rituum, hęcq; fideiuſſionis forma ſecundum Cara. & ſecundum nos. Tertius modus fideiubendi ſuſtinetur ex doctr. Specul. *in d. rub. de dolo & contum. nu. 23. verſ. ſed pone*, vbi dixit, quod cautior eſt, vt ſemper fideiuſſores requirantur, & Affl. *in conſtit. clementiæ, in fi. verbis*, ac ita ſubdit hodie practicari in omnibus tribunalibus Regiæ. Et practica quoad modũ concipiendi dictas fideiuſſiones, intelligendo, vt ſiue conceptæ, & ſtipulatæ fuerint penes acta alicuius curiæ, ſiue per inſtrumentũ publicũ extra iudiciũ, ſemper citandi † & requirẽdi ſint fideiuſſores & principales, vt ſup. 7
Sed quo ad modum procedendi cõtra principalẽ & fideiuſſores poſt citationem, idem Cara. *ſuper d. Ritu 159. in 2. not.* practicam poſuit, videlicet, vt poſtquam principalis & fideiuſſores vnica citatione cum inſerta forma fideiuſſionis fuerint citati, ſi non comparuerint, accuſatur vltima cõtumacia, & vocantur, Curia pro tribunali ſedente, ac condemnantur ad pœnam in fideiuſſione contentam, ac dicitur

tur quod exequatur realiter, & personaliter contra eos.

8 Sed aduerte: nam † hæc practica circa modum procedendi per Cara. posita non omnino satisfacit. Namque existimo posse procedere, quando fideiussio fuerit stipulata extra iudiciũ, *vt per eund. super Ritu 128. nu. 3.* sed quando esset stipulata penes acta iudicij, vt hodie communiter actuarij stipulantur dictas fideiussiones, principalis & fideiussor non erunt citandi ad repræsentandum, vel ad dicendum caussam, quare non sunt condẽmnandi, &c. & quod postea condemnentur, sed debent citari sub hac forma, videlicet, ad repræsentandũ, vel ad dicendum caussam, quare pœna non sit accusanda contra eos, & pro ea exsequendum realiter, & personaliter; & tunc si non comparent accusatis contumacijs, non opus est eos ad pœnam condemnare, sed accusata pœna per fiscum seu partem, dicitur, quod stante accusatione pœnæ contra ipsos exsequatur realiter & personaliter, & quod expediantur literæ exsecutoriales, hęcq; practica colligitur ex dictis per Affl. *in decis. 3.* si rectè eius verba considerentur, & hoc ea ratione: nam incusatio pœnæ obligationis penes

9 nes acta stipulatæ habetur loco sententiæ † & condemnationis, *vt per Ang. in l. frater à fratre. col. 3. vers. in text. ibi, ff. de cond. ind. & nuper per illust. D. meum* Vinc. de Fran. *in suis doctissimis,*

*mis, ac elegantissimis decisionibus S. Cons. dec. 200. post num. 22. & probat alleg. Ritus 128. & vide Affl. in constit. Baiulus si furem, in 2. quæst. num. 3.* quem locum Carauita non allegauit. Erit itaque differentia secundum prædicta circa modum procedendi contra fideiussores obligatos penes acta, & extra iudicium per instrumentum publicum, † ad quæ vide etiam per 10 nos dicta *infra in modo decimo.*

Et quod dixi, quando per instrumentum publicũ extra iudicium, vt sint condemnandi, ac exsequendum realiter, & personaliter, intellige de exsequutione reali, & personali, quando instrumentum publicum esset liquidum ac procederetur iuxta formã Ritus 166. de quo dicemus inferius: secus si instrumentum non esset liquidum: nã tunc procederetur ordinarie, & exsequetur iuris forma seruata iuxta dispositionem text. *in leg. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic.* maximè in ciuilibus: nã in criminalibus posset dubitari, quando concurreret dolus fideiussoris, ob quem principalis non fuerit repræsentatus: nã tunc voluerunt Scriben. vltra pœnã † pecuniariã 11 fideiussores teneri ac puniri extra ordinem, *vt per Barto. in l. si quis, ff. de cust. reo. glos. 23. q. 5. Ias. in l. 1. ff. de in litem iur Grandinus, & alij criminalistæ in suis tract. vt refert Carau. super d. ritu 159. n. 4.*

Sed quoniam hæc forma seu modus fideiussionis est ille, quem vulgus quasi quod-

dam

dam adagium semper habet in ore, videlicet, *toties, quoties, &c.* de quo inter Doct. de iure com. maxima fuit altercatio, an tenderet ad infinitum, vel extingueretur per vnicam, binam, vel trinam repræsentationem, *vt per Alexand. & alios in l. si fini:ta, ff. de damno infe. & in conf. 145. l. 2.* & proinde Sa. Consi. ac Magna Curia, à quibus omnes aliæ Regni Curiæ formam ac normam sumere tenentur, *vt in const.*
12 *nihil veterum, & in constit. Mag. Cur.* &c. † pro ipsorum authoritate, & decore non vtuntur hodie his verbis, *toties quoties*, &c. sed liberant, seu habilitant inquisitos in forma; quæ forma de vsu & stylo dictorum supremorum tribunalium intelligitur secundum prædicta, scilicet, *toties, quoties fuerint requisiti:* hæcque
13 est fideiussio in forma, † quæ hodie in Regno vsitatur, & non illa posita per Maran. *in loco supra alleg.* quæ similiter sub se habet tacitam intelligentiam, & conditionem: nec potest procedere nisi tribus concurrentibus.

Primo, vt noua indicia de eodem delicto su-
14 perueniant, ne sit in iudicis voluntate † ad suum libitum fideiussores requirere, *vt per Barto. & Alex. in l. pen. ff. de quæst.* immò hæc esse solet alia noua species, seu modus fideiussionis, scilicet liberare Reos sub fideiussoribus de repræsentando nouis superuenientibus indicijs, vt vidi multoties practicari, & hoc quando iam esset cognitum † de delicto,

& reus

& reus fecisset defensiones, ex quibus pur-
gasset indicia, quæ erant in inquisitione: se-
cus vero, quando non esset cognitum de deli-
cto, nec reus habuisset defensiones, & fuisset
liberatus vel habilitatus sub fideiussoribus in
forma, &c. Nā tunc fideiussores requiri pos-
sent ad repræsentandum, etiam nouis non su-
peruenientibus indicijs, & ita plerumque so-
lent fideiussiones concipi hoc casu expresse,
scilicet de repræsentando, etiam nouis non
superuenientibus indicijs

Et ego vidi aliquos iudices ignaros liberan-
tes inquisitos post defensiones, factas sub fi-
deiussoribus de repræsentando, nouis non
superuenientibus indicijs, quæ fideiussionis
forma tali casu nullum haberet sensum, &
faciunt ad prædicta adducta per D. Dyn. *in
consil. 19.* & vide Folleri. *in d. pragm num. 251.* vbi
*sub num. 252.* ponit, quando dubitaretur per
fideiussores, si vere reus, & ipsi citentur, ex
quo noua superuenerunt † indicia ex eodem 16
delicto, quod possunt fideiussores comparere
ac petere, vt iudex iuret, pro qua caussa illam
repræsentationem principalis desideret, &
num noua superuenerint indicia ex eodem
delicto, & quod iudex hoc casu iurare tenea-
tur, *per consil. Alber. Brun. 87. incip. circa primum,*
& ita vidi ipse sæpe practicari, & c practicauit.
Sed certe hæc decisio mihi satis dura videtur,
nec etiā dicam inconueniens, cum iudicis au-

thoritas submitteretur partis desiderio, & iuramento, & forte in superioribus tribunalibus hoc esset ridiculosum: sed quicquid sit intellige prædicta, quando noua indicia superuenientia essent sufficientia ad torturam, & non aliter, *vt per doct. in l. pen. ff. de quæst. & Foll. in d. num. 251. cum simil.*

Secundo principaliter debet concurrere,
17 vt instantia non sit peremta: nam † si instantia sit peremta, fideiussores non tenentur repræsentare, *vt per Bartol. in l. cum lite mortua. ff. iudic. solu.* & per Affl. qui hoc optime ponit, & declarat *in constit. sæpe contigit. in 2. not. num. 4. & 5 quibus adde singul. Marci Mantua 533. incip. aliquis promittit.*

Tertio principaliter debet cōcurrere, quod
18 fideiussores citentur ad repræsentandum † ab eodem iudice, à quo fuerit reus habilitatus seu liberatus, secus si à diuerso alterius tribunalis, *vt per glos. in authen. de his qui ingred. ad appell. in princ. Barto. in l. cum apud, ff. de iudic. solut. & Roman in cons. 468. incip. in casu proposito,* & hæc prædicta tria, quæ debent concurrere, posuit Carauita *super Ritu 44. in 3. not. num. 11. & 12.* Sed aduerte: nam authoritates allegatæ per Carau. quo ad hoc vltimum requisitum non videntur probare suam intentionem: nam loquuntur in alio iudice alterius tribunalis, scilicet appellationis, *vt d. l. cum apud.* secundum cuius legis dispositionem nullam

habe-


haberet difficultatem, *vt per Domin. Vinc. de Franch. in decis. 208.* & dicemus latius *infra in modo 12.* In iudice vero non caussæ appellationis, in quo dubitabile est quæsitum, quod ab eo non possit requiri fideiussor, probat tex. *in l. 3. ff. iud. solut. & in l. non à iudice, §. fin. ff. de iudic. & vide Barto. in d. l. cum apud. numer. 5.* Quod tamen limita, nisi prius iudex, qui liberauit seu habilitauit inquisitum † sub 19
fideiussoribus, dixisset ac recepisset fideiussores de repræsentando toties quoties fuerit requisitus ab alio iudice alterius tribunalis, vt in exemplo posito per Afflict. *in d. constit. Baiulus si furem. in 2. quæstio.* nam tunc fideiussio capta per vnum iudicem fidem faciet coram alio, vt per illum procedi possit, cum sic expresse cautum sit in obligatione. Hic tamen secundus iudex, qui fideiussionis captæ coram alio obligationem exsequi vellet, non poterit procedere, nisi prius citatis fideiussoribus ad dicendum caussam, quare non sint condemnandi, † & dato termino ad de- 20
fendendũ formiter condemnare fideiussores, alias pœnam exigere non posset: secus autem in proprio Iudice, qui recepit obligationem: nam absque libello solum citatione præmissa, quare non sit accusanda pœna, & exsequendum absque condemnatione, pœnam exigere potest, vt late Afflict. *ibi*, prosequitur, & nos etiam diximus *supra.* ac faciunt

not. *per Cauens. & Cara. super d. Ritu, 128. in illa quæstione: An obligatio stipulata in vna Curia possit exsequi per aliam? &c. vide ibi per eos.*

Et aduerte: Nam licet Carau. *super d. Ritu 128. num. 4. versic. & aduerte*, dicat debitorem citatum ad dicendum caussam, quare obligatio incusari non debeat, &c. esse audiendum extra carceres, & non facto deposito, quamuis apostilla ad Affl. *in constit. Dilationes*, videatur dicere contrarium absque alia authoritate: Tamen Carau. *ibid.* non explicitè dicit, si dictus debitor sit citandus, vt personaliter compareat, vel legitimè, & habui in facto, & nonnulli dicebant esse citandum, vt personaliter compareret, ego verò defendi contrarium, nedum ex adductis per Carau. *in d. loco*, sed etiam quia ille rigor obligationis natus ex calore illius iudicij, penes quod fuerat stipulata, sublatus est, dum obligatio per alium iudicem exsecutioni demandatur, mediante præuia citatione ad dicendum caussam, quare, &c. *arg. tex. in d. l. 3. in princ. ff. iud. solu. & in l. non à iudice §. fin. ff. de iud. & vide Afflict. in constit. Baiulus si furem, circa finem, & Dominum meum de Franchis deci. 118. num. 8.* Et ita obseruari in Magna Curia, à qua omnes aliæ Regni Curiæ formam ac normam sumere tenentur, retulerunt mihi seniores Actuarij

Sed adhuc restat dubium, hæc fideiussio,
21 *quoties, toties, &c.* seu in forma, quousque † secun-

ſecundum Regni practicam durabit? & quicquid Do. dixerunt de iure com. nam aliqui voluerunt fideiuſſores perpetuo, & in infinitum teneri, *vt per Ang. & Alexan. in dicta l. ſi finita, ff. de dam. inf.* alij per quatuor vices, vel plures, *vt per gloſ. in l. cum quæro. C. de leg. & per Bal. in l. ſuperuacuam, C. de his quæ pœna nom.* alij per binem repræſentationem, *vt per Doct. in d. l. ſi finita, & Alex. in d. conſi. 145. lib. 2.* & Affl. *in d. conſtit. ſæpe contigit. numer. 4. & 5.* vbi has tres Doct. opiniones recenſet, ac tenet hanc formam fideiuſſionis, *toties, quoties, &c.* intelligi debere ſecundum naturam ipſius iudicij, in quo interponitur: Nos habemus deciſionem Sacri Conſilii *per eundem Afflict. 150.* quæ facit ius in Regno, ac obtinet vim legis, *vt per eundem Afflict. in deciſ. 169. in fin. & Dominum de Franch. in deciſ. 171. in fin.* in qua deciſ. 150. apparet, Sacr. Conſil. iudicaſſe hanc fideiuſſionem, *toties, quoties, &c.* exſpirare per vnicam repræſentationem ex eadem cauſa factã, pro qua fideiuſſio fuerat præſtita, & ita ait Affl. ſuo tempore fuiſſe bis iudicatum per Sac. Conſi. ſuper qua deciſ. Cæſar Vrſillus commentator, ſeu (vt itam dicam) ſuperadditor, dictarum deciſionum, vti Afflictum defendere tenebatur, tanquam eius aurigam & ducem, † ipſum obiurgat ac oppugnat, & non 22
benè (iudicio meo.) Nam inquit Afflict. dicere, & concludere *in alle. deciſ.* per præſentatio-
 nem,



nem, seu carcerationem rei principalis, semel per Curiam factam, fideiussores esse liberatos, & hoc inter alia per doctrinam Lucæ de Penna *in l. si quis decurio. C. de decur. lib. 10.* & ipse Vrsillus dicit, Lucam de Penna totum oppositum *in d. l.* tenere, ac proinde concludit communem opinionem esse cōtra illā decis. Sac. Cons. Et deinde vt Afflictum à tali peccato liberaret, adhibet distinctionem, videlicet, quod Aut reus principalis fuit captus ab ipsa Curia, & tunc fideiussores liberantur, *vt in d. decis. per Afflict.* Aut fuit per fideiussores repræsentatus, & tunc non liberantur, vt ait esse communem opinionem, & probat per quædam similia.

Sed certe Afflict. nullo modo potuit reprehendi, nec dixit, quod ipse Vrsillus supponit, imò apertè in principio illius decis. dixit, Lucam de Penna posuisse hanc quæstionem *in d. l. si quis decurio.* & arguisse ad partes, & demum conclusisse, quod si accusatus iuste positus fuit in carceribus, fideiussores tenentur, *per iura, ibi per eum allegata.* Vnde patet illud ibidem dixisse Afflict. quod affirmauit Lucas
23 *in d. l. si quis decurio,* † & non totum oppositū, vt Vrsillus supposuit. Ac Sac. Consil. *in d. decis.* firmauit illam opinionem in fauorem fideiussorum, non ex authoritate Lucæ, *in d. l. si quis decur.* sed tantum inter alia ex authoritate Domini Bartholomæi de Capua *in l. 2. ff. de*

*ff. de cust. reo.* ac per illam apostillam, quam Carolus de Rogerio, vnus ex Consiliariis, portauit in Consilio, *vt ibi.* Vnde Vrsillus (meo iudicio) non oculatè Afflicti theoricam respexit, nec considerauit: nec est verum, quod communis Doct. opinio sit contra illam Decis. vt colligi potest ex dictis Alex. & aliorum *in d. l. si finita*, & authoritates per ipsum adductæ hoc non probant: sed tantum probant, quod quando fideiussionis verba sunt apta ad denotandum infinitatem, vt si fuerit dictum, † toties quoties Iudici seu 24
Curiæ placuerit, vel videbitur, vel quandocumque, vel quotiescumque, vel ad omnem Iudicis voluntatem, *vt per Alex. in allegat. cons. 145. nu. 2. & Addit. ad sing. Matthes. 177. & Hippol. in rubr. de fideiuss. quæst. 9. & 15. Bart. in d. l. si quis, ff. de cust. reo.* His tantum casibus communis opinio videtur, vt semper fideiussio duret, donec durauerit instantia, *vt per Franc. de Crema. in singul. 11. incip. si quis promiserit, & eun. Hippol. in l. vnius. §. cogniturum, ff. de quæst. & Mant. in alleg. sing. 533.* secus vero si simpliciter fuerit dictum, *toties, quoties, &c.* nam tunc fuerunt opiniones, si per vnicam, vel binam repræsentationem fideiussores fuerint liberati, *vt per Castrens. in l. 2. §. fideiussorem, ff. qui satisd. cog. & doct. in d. l. si finita.* ac fuerunt opiniones, quod per vnicam repræsentationem, vt per Hippol. qui multos suo more cu-

re cumulat *in d. quaest. 9. num. 99.* quorum opiniones Sac. Consi. fuit secutũ *in alle. decis. 130.* Verba enim quæ aliquando infinitatẽ deno-
25 tare poterant in fideiussione, † *vt in l. si stipulatus sim a Seio. ff. de fideiuss. & l. pen. C. eod. cum simil.* ad vitandum infinitatem restrinxit, ac intellexit per vnicam præsentationem exspirare, & vide Foller *in d. pragm. num. 261.* licet loquatur in alio casu, scilicet, an duret post sententiam, de quo infra *in 12. modo*, & alibi dicemus.

Nec demum distinctio per ipsum Vrsillum
26 tradita, vt Affl. saluaret, procedit, † immo totum contrarium verius erit, videlicet, quod quod quando reus principalis fuerit repræsentatus per fideiussores, magis sint liberati fideiussores, cum adimpleuerint ea, ad quæ tenebantur, & solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio, &c.

Sed quando absque opera fideiussorum ipse reus fuit repræsentatus, quia fuerit per Curiam captus, tunc fideiussores non sint liberati, cum opera ipsorum non intercessit, nec ipsi promissa adimpleuerint, *argum. tex. in l. expressè, & in l. pen. ff. de præt. stipul. & ita in simili dixit Cara. super ritu 163. in 2. not. in fin. in impressis de anno 1572.* Est enim quædam noua additio, quæ in aliis prius impressis non reperitur, de cuius tamen dicti veritate videbimus infra suo loco. Remanet itaque verissimum

mum, quod Vrsillus non benè obiurgauit Afflict. & quod fideiussio hæc, *toties, quoties*, per vnicam præsentationem seu capturam per ipsam Curiam factam rei principalis, ex eadem caussa exstinguatur, *vt iudicauit Sac. Consi. & d. deci. 130.* & rationem hanc esse existimo: † nam hæc fideiussio (vt supra diximus) habet illam tacitam conditionem, scilicet, si noua superuenerint indicia, ex eadem caussa, *vt per Bartol. Alex. & alios in l. pen. ff. de quæstio.* Vnde sicut fideiussor qui censetur habere tacitũ mandatum de soluendo, *vt in l. debitam, ff. de cond. indeb.* non poterit agere mandati antequam soluat, nisi in certis casibus, *vt in l. si pro ea. C. mand. & ibi Bald. & latius per nos infra in q. 4.* sed cum soluerit aget, ac erit liberatus: nam adimpleuit modum mandati, *vt per Bald. & alios in d. l. si pro ea, & in l. 1. C. de dolo.* Ita hic, cum Curia citauerit requirendo fideiussores, quod reum præsentent, signum est, quod noua adsint indicia, & consequenter fideiussores repræsentando reum adimplent modum ac conditionem fideiussionis, ac erunt liberati. 27

Insuper cum fideiussor secundum prædictum modum videatur fideiussione de repræsentando nouis superuenientibus indiciis, igitur † in illum casum tantum, & ad illum actũ fideiussit, qui cum sit adimpletus, fideiussor erit liberatus, *argum. l. fideiussor magistratus, §. 1. ff. de fideiuss. & eod. tit. l. fi. & l. pen. C. eod. &* 28

*in l. 2. §. fin. ff. qui satisd. cog. cum aliis allega. per glos. in l. quaero. ff. loc. & faciunt not. in l. si cum Hermes, C. eod. & in l. graecè. §. post litem, ff. de fideiuss. ibi, sed tantum litis exercitationem, &c.* Nec obstat, si diceretur, quod locutio est in numero plurali, videlicet, superuenientibus nouis indiciis, sicque quod semper cum indicia superuenerint, fideiussor teneatur, *argument. d. l. si stipulatus sim à Seio, ff. de fideiuss. cum simil.*
29 † Nam dicimus, quod haec locutio pluralis ad euitandum infinitatem, de indiciis semel superuenientibus, est intelligenda, *argument. tex. in l. boues, §. hoc sermone, ff. de verb. signific. & in l. fideicommissa, §. si quis decem, ff. de leg. 3.* ne contigeret virtute talium verborum, plurimas ac infinitas fieri repraesentationes, *argument. l. qui bona. §. fin. ff. de dam. infect. & in cap. cum in multis, de rescript. in 6. cum simil. alleg. per Roman. in cons. 15. incip. sunt, &c.*

Ac ex praedictis dicerem, quod si fideiussio ita concepta fuerit, videlicet, *habilitetur seu liberetur sub fideiussoribus in forma*, haecque forma non intelligeretur toties quoties fuerint requisiti, &c. sed tantum de repraesentando nouis superuenientibus indiciis, quod tunc cum minori difficultate affirmari posset, si semel superuenerint indicia, & reus principalis fuerit captus à Curia, vel à fideiussoribus repraesentatus, fideiussores esse liberatos, tum ex supra allegatis, tum etiam quia

quia hæc verba, *nouis superuenientibus indiciis*, sunt ablatiui absoluti, qui resoluuntur in conditionem, † & modum, *vt in l. à testatore, ff. de condi. & demon. l. si quæsitas, §. si duo, ff. de statu libe. l. euictis, ff. de vsur. Bart. in l. ab emptione, in princip. ff. de pact. Decius in consil. 466. nu. 18.* Ergo quando superuenerint indicia, conditio erit adimpleta, *argument. l. 2. ff. de condi. & demon.* & consequenter si fideiussores tunc adimpleuerint, erunt liberati. Et ita credo, quod hodie practicetur in Magna Curia ac Sac. consil. ac in omnibus aliis Regis tribunalibus, & in toto Regno. Nec, amice lector, supradicta despicias: nam non ita cumulatim ab aliis circa hunc fideiussionis modum hæc scripta reperies. 30

## *MODVS QVARTVS.*

### SVMMARIVM.

1 *Fideiussio de repræsentando tempore alicuius actus quæ.*

2 *Pragmatica, malitijs hominum, an loquatur de de dicta fideiussione.*

3 *Ritus allegatus per dictam pragmat. an sit, & inueniri possit.*

4. *Modus procedendi contra debitorem præuenientem, qui nihil probauit.*

5 *Fideiussor præstitus iuxta formam dicta pragmat. ad quæ teneatur.*

6 *Practica procedendi contra dictos fideiussores taliter acceptos, & an sint requirendi.*
7 *Factum alienum probaliter quis ignorare potest.*
8 *Citatio contra dictos fideiussores quomodo sit formanda.*
9 *Differentia inter fideiussionem, captam penes acta vel per actum publicum.*
10 *Fideiussor an post publicationem possit moram purgare.*
11 *Fideiussor de repræsentando finitis feriis, vel aliter, quando teneatur.*
12 *Actus explendus consistens in potestate fideiussoris an excuset sicut in potestate curiæ.*

VENIAMVS nunc ad quartum modũ fideiubendi, videlicet, quando principalis & fideiussor se obligauerint repræsentare,
1 seu aliud, &c. tempore alicuius † actus explendi seu faciendi per ipsam curiam. Poteris pro nunc exemplum ponere in fideiussione, quam practici scribentes voluerunt requiri per pragmaticam, *Malitiis hominum, de prauent. moder.* scilicet vt volens suum creditorem prçuenire, vt sibi instrumentum seu obligationẽ casset, ex quo fuit ei satisfactum, vel aliter, *iuxta Ritum 289. incip. item quod quando contigerit, &c.* prius debeat fideiussionem præstare de soluendo debitum, ac pœnam vnciarum decem, ac de se præsentando tempore publicationis processus. Sed obiter hic recte considerán-

derando illam pragmatic. non videtur requirere fideiussionem, † etiam de se præsentando tempore publicationis, sed tantum de soluendo debitum & pœnam. Nam illa pragmat. dum ponit ea, quæ tenetur promittere fideiussor à debitore præstandus, tantum dicit de soluendo debitum, & vncias decem pro pœna, si in ea succubuerit. Sed de repræsentatione tempore publicationis non dicit, nisi hoc modo, videlicet, *mandantes in eisdem prauentionibus Ritum Magnæ Curiæ obseruari, prouidentem, quod tempore publicationis processus debeant tales debitores prauenientes personaliter comparere, vt detineri possint, si nihil probatum apparuerit, &c.* & sic pragmat. non dicit, quod fideiussor teneatur hoc promittere, sed tantum citat Ritum, † hoc prouidentem, quem fateor satis perquisiuisse, & non valet inuenire. Ad hoc etiam me mouent dicta per Cara. *super Ritu 168. num. 3.* vbi ponit practicam ac modum procedendi contra debitorem, qui nihil probauit. & dum loquitur de dicta præsentia tempore publicationis, dicit quia præsens esse debet debitor tempore † publicationis, vt dicitur in pragmat. *Malitiis hominum deprauent. moder. in fin.* & si non reperitur præsens curia sedente, vocatur, & condemnatur.

Sicque iste author, qui Ritus Magnæ Curiæ adeo ordinauit ac ornauit, non adducit particulariter Ritum, quem pragmatica sic genera-

generaliter nominauit. Insuper dicit, quod ipse debitor tantum Curia sedente vocatur, & condemnatur, si non fuerit præsens, & vtique si in fideiussione præstita secundum illam pragmaticam, hoc etiam fideiussor videretur promisisse, dixisset, vocantur, & condemnantur. Demum mouet me ratio. Ad quid enim necesse habet fideiussor repræsentare debitorem, si debitor in præuentione succumbendo ipse sit astrictus soluere debitum creditori, & pœnam pro curiæ contemptu? Namque cum vtrique, scilicet Curiæ & parti, sit satisfactum, personæ debitoris repræsentatio frustratoria erit, & frustra fit quod factum non releuat, *vt in locis vul.* Teneo itaque quod si in præuentione præstitus sit fideiussor iuxta illam pragm. non teneatur
6 in casu succumbentiæ † debitoris ipse fideiussor, nisi soluere debitum, & pœnam, non autem repræsentare debitorem tempore publicationis, & nota, quia hoc credo quod sit nouum ad d. prag. Similiter poteris ponere exemplum, quando aliquis habilitatur sub fideiussoribus de præsentando tempore expeditionis caussæ.

7 Sed † vt scias practicam circa modum procedendi contra principales & fideiussores in hoc genere fideiussionis, distingue, quod aut actus explendus est in potestate ipsius Curiæ seu iudicis, vt sunt inter alios casus supra positi,

ſiti, ſ. tempore publicationis, vel expeditionis cauſſæ, & tunc omnino tépore illius actus explendi principalis & fideiuſſor ſunt citandi & requirendi, alias nulliter procederetur: ille enim actus eſt alienum factũ, quod probabiliter principalis & fideiuſſor ignorare poterunt, & propterea ſunt requirendi, *arg. tex. in l. ſi deceſſerit, ff. qui ſat. cog. & in l. ſi eum. in prin. ff. ſi quis cau. cum ſimi. alleg. per Spec. in titu. de dolo. & contu. §. reſtat. n. 23. verſic. ſed pone.* Sed quomodo hoc caſu concipienda erit citatio contra prædictos? an ſufficiet eos tantum citare ad publicandũ, vel neceſſe ſit cumulatim citare ad publicandũ, ac ad repræſentandũ? † Dic quod Ritus 164. *incip. Item eodem ſero ſupra in 1. Modo pluries alle.* videtur probare, quod ſufficit eos citare ad publicandũ: tunc enim videtur eos requirere, cũ probabiliter ſcire poſſunt illum actum publicationis eſſe explendum, *arg. tex. in l. 1. in fin. ff. de act. emp. & vend.* 8

Sed dic, quod neceſſaria eſt expreſſa citatio vtrumque continens, ſcilicet ad publicandũ, & ad repræſentandum: & ſi obligatio fideiuſſionis fuerit ſtipulata penes acta, addatur in citatione, & ad dicendum cauſſam, quare non ſit accuſanda pœna obligationis fideiuſſionis per eos præſtitæ, & contra ipſos exſequendum realiter, & perſonaliter, ac etiam inſerere formam fideiuſſionis: & ſi non ſe præſentauerint accuſatis contuma-

ciis,

ciis, fiet actus publicationis, seu caussa expeditur, ac vnico contextu, accusata prius pœna per partem seu fiscum, dicitur in eodem decreto, quod exsequatur contra prædictos realiter & personaliter pro pœna, & expediantur
9 literæ exsecutoriales. † Si vero fideiussio fuerit stipulata extra iudicium per actum publicum, tunc seruanda erit Practica, quam supra in primo Modo posuimus, distinguendo, an sit actus publicus per instrumentum liquidum, vel non liquidum, vt ibi. Sed an facta publicatione cum suo termino, &c. fideiussor possit purgare moram repræsentando principalem infra dictum terminum? Dicendum,
10 quod sic: † nam licet publicatio dicetur facta, tamen non dicetur perfecta, nisi elapso termino ad testificata dicendum, vt latè dixi in Praxi mea ciuili, intitulata Praxis Sac. Reg. Consil. ac Magnæ Curiæ Vicariæ modernissima, *in par. 6. in glos. Partes.*

Sed de hoc dubio, quando fideiussor possit moram purgare post condemnationem, vide late *infra in prima principali quæstione.*

Aut vero actus explendus non est in pote-
11 state ipsius Curiæ, † sed in potestate seu facultate temporis ac ipsorum principalis, & fideiussoris, vtputa, si fuerit facta habilitatio cum promissione de repræsentando finitis feriis Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, vel completo tali die festiuo, vel cum primũ con-

conualuerit, si habilitatus erat infirmus, licet hoc vltimo casu non est tutum aliter reos habilitare, sed cautius per tot dies. Vel pone exemplum in omni actu, cuius expletio seu exsecutio consistat in libera potestate ac facultate principalis & fideiussoris, † & tunc, si ob- 12
ligatio fideiussionis fuerit per actum publicum concepta extra iudicium, serua Practicam cum distinctione supra in primo Modo positam, *num. 8. & 10.* ac principalis & fideiussores erunt requirendi, & citandi secundum dictam Practicam: aut obligatio est stipulata penes acta, & tunc sunt opiniones diuersæ: nam aliqui voluerunt statim post expletionem illius actus transacto illo tempore absque alia requisitione seu citatione posse procedi contra principalem & fideiussores: alii vero voluerunt esse necessariam citationem & requisitionem, de cuius dubii veritate, & Practica, dicemus statim latissimè in proximo subsequenti modo, qui erit sup. & ibi vide.

## MODVS QVINTVS.

### SVMMARIVM.

1 *Fideiußio de repræsentando infra certũ tempus quæ.*
2 *Fideiussores taliter obligati, an transacto tempore sint requirendi de iure communi.*
*Promißio de repræsentando habet tacitam conditionem sub se, ibid.*

3 Fideiussorum obligationes communiter hodie fiunt penes acta, & an tunc citatio requiratur.

4 Discutitur plenè per authorem, an talis fideiussor sit citandus, & requirendus.

5 Promissio liquida in iudicio habet paratam exsecutionem.

6 Natura fideiussionis, toties quoties, requirit citationem & requisitionem.

7 Differentia inter fideiussorem obligatum ad repræsentandum, & obligatum ad soluendum secundum Dominum Vincent. de Franchis.

8 Author defendit opinionem Domini de Franchis in hac quæstione.

9 Ratio differentiæ inter fideiussorem de repræsentando, & fideiussorem de soluendo.

10 Fideiussor de soluendo adimplere potest absque interuentu principalis.

11 Fideiussori quando aduersus factum promissum exceptio competat.

12 Durius agitur cum fideiussore de soluendo, quam cum fideiussore de repræsentando.

13 Intellectus ad ritum 128. secundum Authorem.

14 Intellectus ad prag. 21. sub titu. de offic. iustitiarii seu Magnæ curiæ per authorem.

15 Promissio de repræsentando quomodo illiquida iudicanda.

16 Citatio contra fideiussorem semper facienda cum inserta forma fideiussionis.

17 Practica procedendi contra dictos fideiussores.

Discu-

DISCVTIAMVS nunc quintum modum fideiubendi, vt quando simpliciter fuerit facta promissio † seu obligatio de aliquem 1
repræsentando, seu de concordando, seu aliud faciendo infra certum & determinatū tempus, scilicet infra mensem seu dies decem, &c. Doctores de iure communi tenuerunt, principalem, & fideiussorem esse prius citandos, & requirendos, alias non posse procedi ad ipsorum condemnationem, vt inter alios latissime probat Hippo. *in Rub. de fideiuss. in 18. quæst. num. 144.* vbi innumeras cumulat authoritates more suo, † ac dicit hanc pro- 2
missionem de repræsentando infra tot dies, habere illam tacitam conditionem sub se, scilicet, si & quando iussus fuerit repræsentare, *vt per solenne Cons. Pauli de Castro, 165. incip. videtur quod dictus Ioan. Paulus, & tenet ac probat Decius in consil. 2. per totum, quem simpliciter sequitur Cæsar Vrsillus super decis. Affl. 130. in fin.* Et hoc in Regno nullam haberet difficultatem, quando promissio, seu fideiussionis obligatio esset per actum publicum extra iudicium: nam tunc seruabitur practica citationis, & requisitionis supra posita *in prim. o modo, num. 8. & 10.*

Sed difficultas est quando promissio, seu fideiussoris obligatio facta fuerit penes acta Curiæ, seu iudicii, prout communiter hodie fiunt, an tunc requiratur citatio † seu requisi- 3

tio? Et in hoc Carau. *super Ritu 44. numer. 13. versic. quæro pone*, videtur expreſse firmare, nullam eſſe neceſſariam citationem ſeu requiſitionem principalis, ſeu fideiuſſoris, ſed ſtatim accuſata pœna eſſe exſequendum contra principalem & fideiuſſorem, allegat ritum 128. qui ſic incipit, *ac dicit.*

4 Item ſeruat ipſa Curia, quod quandocunque † aliqua pœna eſt ſtipulata penes acta Curiæ, ſemper exſecutio illius pœnæ fit ſine vocatione partis, ac ſi eſſet vna ſententia, nec datur libellus nec petitio. Hæc ſunt verba ritus, quæ ex ſe ipſis ſunt clariſſima, ac ibi Carau. dicit illum Ritum eſſe in viridi obſeruantia.

Secundo pro hac opinione ego adduco pragmaticam, quam Carau. non adduxit, licet ipſe eas collegerit ac ordinauerit. *ſub Rubr. de officio iuſtitiarii, ſeu Magnæ Curiæ, prag. 21. Mag. Curiæ Vicariæ in anno 1554. in vlti. capitu.* quæ hoc modo dicit: *Item, che tutte le pleggiarie, che ſi pigliano per detto maſtro d'atti*, ad tempus de concordando partem de debito, & Fiſcum de pœna. *Ouero*, de ſe præſentando, *& quello finito, & non oſſeruato quello che ſi promette, ſia tenuto detto maſtro d'atti, finito detto tempo, eſſere con vno delli, giudici, & accuſare le pene di dette pleggiarie, ſenza altra requiſitione alla pena di pagare, &c.* Sicque ſecundum hanc prag. videtur caſus deciſus.

Tertio, & vltimo pro hac opinione addu-
co iuris rationem, quam Afflict, comprobat
*in decisio 387. per gloſ. in Authentica, generaliter, C.
de epiſ. & cler. & per Bald. Caſtren. & Alexan. &
alios in l. eum pro quo ff. de in ius voc.* ſcilicet pro-
miſſionem in iudicio factam, ſi liquida erit,
habere paratam exſecutionem, † & tenendo 5
hanc opinionem erit practica ſecundum eam
in modo procedendi, quod tranſacto tempo-
re accuſatur pœna obligationis per partem,
ſeu fiſcum, ac ſtatim expediuntur literæ exſe-
cutoriales, & exſequitur realiter & perſonali-
ter, *vt per Cara. in alleg. Ritu. 44.* Sed contra-
riam opinionem, ſcilicet, quod etiam in pro-
miſſionibus, ſeu obligationibus penes acta
ſtipulatis reſpectu principalis, & fideiuſſoris,
de repræſentando infra certum tempus, non
ſit procedendum ad accuſationem dictarum
obligationum, nec exſecutionem, niſi prius
citatis ac requiſitis principali, & fideiuſſori-
bus ad repræſentandum, vel ad dicendum
cauſſam, quare non ſit accuſanda pœna obli-
gationis contra eos, videtur primo tenuiſſe
Afflict. *in deciſ. 3.* vbi fideiuſſio erat ſtipulata
penes acta, & nihilominus fuit facta citatio
fideiuſſoribus, vt ibi: niſi dicas, quod ibi fuit
neceſſaria citatio ex † natura illius fideiuſſio- 6
nis. *toties, quoties, &c.* Secundo hanc opinio-
nem videtur, quod expreſsè tenuit idem Affl.
*in conſtit. Baiulus, ſi furem. nu. 3. in. 2. quaſt. in fin.*

vbi in principio dixerat de obligatione capta penes acta Curiæ Baiuli, quod non posset exsequi in Curia iustitiarii absq; libello, & citatione ad dicendum caussam, quare non deberet exsequi, &c. Deinde dicit secus in obligatione fideiussionis capta per iustitiarium in ipsius Curia: nam tunc absq; libello, solum citatione præmissa, compelletur fideiussor ad soluendum pœnam, *arg. l. si quando. C. de bon. vac. lib. 10. & c. ad vestram. de iureiur. l. fin. C. de excep. rei. iudi. secundam Ang. in l. si quis reum, ff. de cust. reo.* Tertio & vltimo hanc eandem opi-
7 nionem † tenuit D. Vinc. de Franch. *in sua decis. 118. sub num. 9.* vbi per d. doctrinam Afflict. *in d. constit. Baiulus si furem.* inquit, quod tunc requiritur citatio in accusatione obligationis penes acta stipulatæ, quando aliquis se obligauit aliquem præsentare, non autem in debitore, qui se obligauit ad solutionem, & sic clare sentit pro hac opinione, quam etiam aperte tenuit Vrsillus *super d. decis. 130. in fin.* dum simpliciter dixit, fideiussores de repræsentando certa die non teneri ad pœnam præsentationis, nisi fuerint requisiti, cum ipse vti Regnicola sciebat communiter in Regno has fideiussiones recipi apud acta Curiæ. Nec obstat, si diceretur, dictas authoritates procedere in fideiussore de repræsentando toties quoties, &c. *iuxta d. decis. 3. Afflict.* nam vltra, quod tunc factum propositũ per d. Doctores indu-

bitabile

bitabile fuisset, tunc Affl. *in alleg. const. Baiulus si furem.* & D. de Franch. *in d. sua decis.* loquuntur in fideiussore simpliciter accepto penes acta ad certũ diẽ, sicq; punctus dubitabilis redditur.

Ego in hac difficultate tenerem vltimã opinionem in fauorem fideiussorũ, cũ illo tamen distinctionis fœdere posito per D. de Franc. *in d. decis.* † vt vel obligatio penes acta continet 8 simpliciter solutionẽ seu promissionẽ solutionis certæ quantitatis, & tũc transacto termino solutionis accusata pœna per partem, absq; alia citatione seu requisitione expediũtur literę exsecutoriales, ac exsequitur realiter, & personaliter, & ita cõmuniter videm⁹ obseruari, vt ait d. D. de Franch. *in d. dec. nu. 9.* Quod tamẽ intellige, & limita prout per Carau. *super d. Ritu. 128.* Aut continet promissionẽ de præsentando, & tunc non possit exsequi absq; partis citatione, & requisitione ad præsentandũ, vel dicendum caussam, quare pœna non sit accusanda, &c. *vt per Afflict. in d. const. Baiulus.*

Quã distinctionem ego vltra prædictos Dd. existimo hac ratione posse sustineri. Nã quãdo principalis se obligat de se præsentando, vel de concordando, &c. & ad maiorem securitatẽ Curiæ & partis fideiussor accedit, hic fideiussor videtur ꝓmittere mere alienũ factũ, quod expleri non potest per se solũ, sed bene adiuncta persona principalis. Sed quia etiam

esse potest, quod fuerit adimpletus per solum principalem, ideo respectu huius incertitudi-
9 nis obligatio non erit omnino liquida, † & proinde est citandus, *argum. tex. in d. l. si decesserit, ff. qui satisd. cog.* Sed quando obligatio continet solutionem certæ quantitatis, tunc non omni modo factum alienum, sed etiam suum promittere videtur: nã fideiussor quantitatis potest soluere absque interuentu prin-
10 cipalis, † *vt per Bart. & alios in l. fideiussoribus, ff. de fideiussor. & in l. 2. C. eod. vbi Cynus.* & ideo minus excusatur, nec debet citari. Vel melius dicamus, quod aduersus hoc factum, scilicet de præsentando, fideiussori poterit exce-
11 ptio competere, quæ ipsum † etiam post moram liberet, vtputa si principalis decesserit morte naturali vel ciuili, *vt in d. l. si decesserit*, intelligendo, si decesserit ante morã, vt ibi. Sed
12 aduersus † hoc factum de soluendo, nulla poterit fideiussori exceptio competere, nec ante, nec post moram, *vt in l. si vero, eod. tit. ff. qui satisda. cog.* vbi Bart. *sub num. 100.* dixit, quod fideiussor de iudicio sisti Reo mortuo vel deportato non potest implere illud quod promisit, cum in iudicio esse non possit: sed fideiussor quantitatis etiam reo mortuo, vel deportato, potest soluere quantitatem: ac ideo ego infero, quod durius agitur cum fideiussore quantitatis, quàm cum fideiussore de iudicio sisti, & sic de præsentando, & facit tex. *in l. si cum. §. fin. ff. si quis caut.* Non

Non obſtant modo argumenta allegata pro contraria opinione, & primo Ritus alleg. 128. Nam reſpondeo illũ Ritum loqui ac procedere in obligatione penes acta ſtipulata, quæ continet ſolutionem certæ quantitatis liquidæ, † ſecus in obligatione quæ continet 13
præſentationem, quæ reddere poteſt ac reddit factum illiquidum, ac incertum.

Secundo non obſtat pragmat. alleg. Nam illud verbum ibi poſitum, videlicet, *ſenza altra requiſitione*, refertur ad ipſum ſcribam ſeu actuarium, & ſenſus erit, vt actuarius abſque alia requiſitione ipſi per partes, ſeu fiſcum facta, ſeu facienda, teneatur † accuſare pœnam 14
fideiuſſionum, tranſacto termino, & ſic non excludit citationem ſeu requiſitionẽ faciendam principali ſeu fideiuſſori ante incuſationem, ac concordat cum opinione Afflict. *in d. conſtit. Baiulus*, vt ſine libello, & petitione partis, præuia tamen citatione, procedi debeat ad obligationis incuſationem penes acta ſtipulatæ contra fideiuſſores.

Nec tertium & vltimum obſtat. Nam fatemur, quod de iure promiſſio liquida habeat paratam exſecutionem; ſed promiſſio de repræſentando eſt illiquida, vt ſupra oſtendimus. † Igitur, &c. Remanet itaque firma cõ- 15
cluſio, quod fideiuſſio penes acta ſtipulata cõtinens repræſentationem certa die, tranſacta die non poſſit accuſari, niſi præcedente cita-

tione ad dicendum caussam, quare non sit pœna accusanda, & practica erit in modo pro-
16 cedendi hoc secundo casu, † vt fiat citatio cum inserta forma fideiussionis; hoc enim semper supponendum est, ac citētur principalis, & fideiussor ad repræsentandum, vel ad dicendū caussam, quare non sit procedendum contra ipsos ad incusationem pœnæ obligationis, &c. ac exsequendum: & si comparuerint, & legitimas ac competentes exceptiones opposuerint, summarie audientur. Sin autem accusatis contumacijs, ac accusata pœ-
17 na per partem, seu fiscū † interponitur decretum, non ipsos condemnando, sed tantum stante pœnæ incusatione, fuit prouisum, quod exsequatur contra dictos principalem & fideiussorem realiter, & personaliter pro pœna in fideiussione contenta, & expediantur literæ exsecutoriales, &c. quæ practica sustinetur ex his quę diximus supra in primo modo, cum graue esset ea hic recensere.

## MODVS SEXTVS.

### SVMMARIVM.

1. *Fideiussor de repræsentando infra dies decem, vel ad omnem Curiæ requisitionem, an semper sit requirendus.*
2. *Verba, & ad omnem Curiæ requisitionem, qualificant aliam partem fideiußionis, scilicet infra dies decem.*

*3 Alter-*

3 *Alternatiuæ vna pars dubia per aliam claram declaratur.*

4 *Principales & fideiussores sunt requirendi, non obstante alternatiua posita in Ritu. 159.*

5 *Qualitas principalis dispositionis in accessoria repetita intelligitur.*

ACCEDAMVS ad sextum Modum, quem breuibus absoluemus, isque erit, quoties fuerit facta promissio, seu obligatio de præsentando, seu &c.† infra decem dies, vel 1
ad omnem Curiæ requisitionem, & dicas, quod infra illos dies decem omni dubio principalis & fideiussores essent requirendi, cum alias infra illum terminum non potuissent requiri, nisi in fideiussione apposita fuissent illa † verba, *vel ad omnem Curia requisitionem.* 2
Igitur ex vi illorum verborum omnino erunt requirendi, vti ex pacto, *argum. tex. in l. fideiussor Magistr. & l. fin. ff. de fideiuss. & l. pen. C. eo. cum similib. de quibus dicemus infr. in septimo modo.* Sed dubium esse potest post terminum decem dierum, maxime si obligatio facta fuerit penes acta, vt secundum opinionem Carau. absque alia citatione ex sola accusatione esset exsequendum, vt diximus supra in quinto modo. Et licet opinio D. Vincentij de Franc. sit verior, vt ibidem firmauimus, tamen adhuc etiam secundum opinionem Carau. hoc casu post decē dies principalis & fideiussores

essent

3 essent requirendi: vna † enim pars alternatiuæ dubia per aliam claram declaratur, *vt per tex. & ibi Bartol. in l. 1. ff. de reb. dub. Deci. in cons. 316. num. 5.* vt in simili dixerunt Doctores practici, dũ exposuerunt Ritum 159. quod quo-
4 ties forma fideiussionis ita fuerit, † *promiserunt præsentare, quoties ipse principalis fuerit requisitus, vel ipsi fideiussores fuerint requisiti*, adhuc omnes esse requirendos, scilicet principalem, & fideiussores, *vt per Carau. super d. Ritu, & Foller. in suis prag. in tit. de fideiuss. in princ.* Ac quando recessoria obligatio tendit ad eundem effectum cum obligatione principali, qualitas principalis dispositionis in accessoria repeti-
5 ta intelligitur, † *vt per Bart. in l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus ff. de verb. obli.* per tex. qui satisfacit ad propositum, *in l. si vt proponitur, ff. de fideiuss. & per Decium in consil. in cons. 2. num. 2.* Igitur qualitas apposita in principali dispositione, scilicet infra dies decem cum requisitione, repetita intelligitur in sequenti accessoria, id est, post dies decem, ita vt ante & post sint semper requirendi ac citandi.

## MODVS SEPTIMVS.

### SVMMARIVM.

1 *Fideiussor de repræsentando infra mensem absque alia requisitione, qui, & an etiam requirendus.*

2 *Fauori suo quilibet potest renunciare.*

3 Fide-

*3 Fideiussiones in tantum ligant, in quantum verba sonant.*

*4 Partes an possint compromittere, vt procedatur ipsis absentibus, & non citatis.*

*5 Pactum de carcerando debitorem propria authoritate, an exsequi possit absque citatione.*

*6 Modus dictæ fideiussionis an sit pactum inter partes, vel iudiciis comminati.*

*7 In iudiciis an incipi possit ab exsecutione.*

*8 Citationem tollere est auferre defensionem, & contra charitatem.*

*9 Beneficium alicui de iure indultum non potest per iudicem tolli.*

*10 Mora pauci temporis non est in consideratione.*

*11 Requisitio fideiussorum an differat à citatione.*

DESCENDAMVS nunc ad septimū modum fideiubendi, vt quando promissio fuerit facta † de repræsentando, vel, &c. infra mensem, vel dies decem, hunc absque ipsius Curiæ requisitione. Et prima facie videtur, nullam circa hunc modum cadere posse difficultatem, cum partes, scilicet principalis & fideiussores, ex propria voluntate expresse renunciauerint ipsorum fauori, † ne requirerentur, *arg. l. pen. C. de pact. c. ad apostolicam, de religio. & transact. ad relig. cum similibus*, ac forma eiusdemmet fideiussionis erit illa, quæ principalem ac fideiussorem repellet prætendentes requisitionem cui renunciaue-
1
2
runt:

3 runt: & fideiussiones in tantũ ligant † quantum verba sonant, *l. fideiussor magistr. & l. fin. ff. de fideiuss. l. pen. C. eod. facit tex. in l. quicquid astringendæ, & in l. in conuentionalibus, ff. de verb. oblig. Decius in pluries alleg. cons. 2. post. nu. 1.* cum quibus conuenit, quod partes possunt com-
4 promittere, † vt arbitri procedant ipsis absentibus, & non citatis, *vt per Hippol. in sing. 173. & 633. & Rom. sing. 273.* Et ad id, quod dicitur de
5 pacto † de carcerando debitorem propria authoritate, vt possit exsequi absque alia citatione, *vt per Afflict. in Constit. pacis cultum. nu. 16. & 17.* facit decis. eiusdem 326. & adduci etiam possent nonnulla similia.

Sed aduerte, si etiam hoc casu aliqua excitari in fauorem fideiussorum possint, vt contra eos & principales procedi non possit absq; præuia citatione ad repræsentandum, vel ad dicendum caussam, quare non sit contra eos pœna accusanda, &c. Et primo considerari
6 potest supradictam, formam † fideiussionis non esse proprie conuentam inter partes in forma specialis pactionis extra iudicium, sed esse quandam clausulam per iudicem oppositam potius comminationis caussa, quam aliter. Vnde sequitur, quod licet in his, quæ extra ius fiunt, & à partibus dependent, valeant huiusmodi pactiones, tamen in his, quæ fiunt
7 in iudicio, non valent, † cũ non sit incipiendũ ab exsecutione, sed à citatione, *vt per Afflict. in dict.*

*in dict. constitu. pacis cultum. ante num. 17. & per textum & Bartolum in. l. 1. C. de prohib. seq. pecun.*

Præterea † si hæc clausula absque alia requisitione tolleret citationem, esset contra charitatem, & humanitatem, cum tolleret defensionem, quæ est de iure naturali, *vt in clem. Pastoralis, de re iud. cum simil. & faciunt alleg. per Dominum Vincent. de Franchis in sua decis. 81. num. 3. & per Alex in cons. 37. col. 3. lib. 2.* Et satis hoc casu constat esse contra charitatem, cum de facto exsecutio fieret contra fideiussorem non citatum, qui forte haberet legitimam excusationem non repræsentandi, imò forte nullo modo teneretur, *vt diximus supra in 5. modo, num. 11. & l. si decesserit, & in l. si vero, & ibi Bartol. ff. qui satisda. cogan. & per dicta per Spec. in rubr. de dolo, & contum. §. retract. num. 23.* ac † beneficium à iure alicui indultum non potest per iudicem tolli, *c. indulum, de reg. iu. in 6. cum alijs allega. ibi per Dyn.* Immo quod mihi prodest, & tibi non nocet concedendum est, *vulgat. regulis.* Quid itaque Curiæ nocebit, citare principalem & fideiussores ad dicendum caussam, quare non sit accusanda pœna? &c. Certe nihil: nam vel principalis & fideiussor iustam caussam defensionum proponent, & tunc omni casu erant admittendi, *vt d. l. si decesserit, & l. si eum. in fin. ff. si quis caut.* vel nihil iuste proposuerũt, & tunc absque

8

9

abſque alia cognitione ſtatim contra ipſos exſequetur, ac ſi nulla citatio facta fuiſſet. Nullũ igitur intereſſe conſiderari poterit, niſi mora pauciſſimi temporis peremptorii ipſius ci-
10 tationis, quæ † non debet aliquo modo conſiderari, *vt per gloſ. & ſcrib. in l. quoties, C. de præcib. imper. offic.* Demum dici poteſt, dum in fideiuſſione dicitur, abſque aliqua requiſitione, non per hoc excludi citationem: nam aliud eſt requiſitio, aliud citatio. Nam requiſitio in terminis noſtris erit, cum fiet citatio
11 cum † inſerta forma fideiuſſionis ad repræſentandum, vel ad dicendum cauſſam, quare non debent ad pœnam condemnari, & accuſatis contumaciis condemnantur, *vt patet in Ritu 159. alleg. & 163. & ibidem per Carau.* Sed citatio in terminis noſtris fit tantũ ad dicendum cauſſam, quare non debet accuſari pœna, & exſequi, *vt per Afflict. in deciſ. 3. & conſtit. Baiulus ſi furem, poſt. num. 3.* & accuſatis contumaciis non condemnantur, prout in requiſitione, ſed tantum dicitur, quod exſequatur realiter, & perſonaliter, *vt latius ſup. diximus.* Differt itaque requiſitio à citatione, & proinde in propoſita fideiuſſione non videtur exchuſa citatio, quæ fundatur ſuper æquitate, & charitate, & ita exiſtimo eſſe hic reſidendum, licet ſupradicta habeant multum curioſitatis: tamen cogita.

MODVS

## MODVS OCTAVVS.

### SVMMARIVM.

1 *Fideiussor de repræsentando intus carceres quomodo requirendus, vt liberetur.*

2 *Modus citandi, & requirendi principalem & fideiuss. aduertendus.*

3 *Reus si antequam fuerit intus carceres reductus aufugerit, an fideiussor teneatur.*

4 *Casus qui euenit in facto in hoc dubio.*

5 *Fideiussor talis dum Reum præsentat quid facere, & protestari debeat, vt liberetur.*

6 *Actus per quos iudex videtur recipere reum in sua custodia, & fideiussorum custodiæ renunciare.*

7 *Reus quando videatur culpa iudicis aufugisse.*

8 *Actus repræsentationis, & protestationis, an scripturam requirat.*

9 *Actus scripturam requirentes qui sint, remißiuè.*

10 *Scriptura non requiritur ad necessitatem, sed ad faciliorem probationem.*

11 *Præsentatio rei an per testes probari, & verificari poßit.*

12 *Promißio cum iuramento cogit specifice ad factũ. Promißio talis an poßit per æquipollens adimpleri, ibidem.*

13 *Diligentia quam fideiussor adhibere tenetur, circa quæ consistat.*

14 *Iudex quando Reum fideiussorum custodiæ remittere videatur.*

15 *Casus alius qui euenit in facto, & pendet in Sac. Cons.*

16 Iudex an habilitato infra terminum poßit terminum prorogare ex noua caussa.
17 Reus an poßit fideiußorem repellere volentem ipsum repræsentare, non obstante termini prorogatione per iudicem facta.
18 Clausula, renouata cautione, in decreto apposita, an liberet primos fideiussores.
19 Clausula prædicta quem sensum habeat, & quomodo intelligenda.
20 Fideiussoribus alijs datis an primi sint liberati.
21 Nouatio hodie non fit, nisi expreße sit dictum.
22 Termino debitori prorogato per creditorem seu iudicem, an fideiussor sit liberatus.
23 Decretum cum clausula, renouata cautione, an expressam inducat nouationem.
24 Fideiussores, lato decreto quod renouetur cautio, quomodo se liberare poßint.
25 Fideiussor an poßit ex sua voluntate se à nexu obligationis liberare.
26 Fideiussoris dissensus quando sufficiat ad se liberandum.
27 Inuitus nemo debet obligari.
28 Distinctio tradita per Iasonem in leg. 1. C. de iudic. an sit vera, & procedat.
29 Conductor remanens in locatione, an videatur relocasse, & pignora durent.
30 Dissensus expressus vbi requiritur non sufficit tacite non consentire.
31 Decretum dicens, renouata cautione, duo continet

*tinet adimplenda pro liberatione fideiussoris, & quæ.*

32 *Rei principalis negligentia non debet fideiußori præiudicare, & nocere.*

AD octauum Modum deueniendo, quando scilicet fuerit facta promissio seu obligatio de aliquem repræsentando intus carceres, à quibus fuerit habilitatus, † videamus, 1 sint, vel non, citandi principalis & fideiussores, quomodo hæc præsentatio facienda erit, vt congruenter facta dicatur, ac fideiussores liberentur.

Et primo erit videndũ, qualiter aduers⁹ prędictos citatio fuerit cõcepta, an simpliciter ad repræsentandũ † vel ad repræsentandum intus 2 carceres, &c. licet hoc raro euenire posse puto, nisi ex incuria Actuariorũ. Nã regulariter, vt late superius diximus, citationes expediuntur cum inserta forma fideiussionis.

Posset tamen secundum prædicta dubium oriri, quid si hoc casu fideiussor reum præsentauerit coram iudice, & post repræsentationem, antequam reduceretur intus carceres, aufugerit, an † censeatur fideiussioni adim- 3 pletum, cum non repræsentauerit intus carceres? Hic casus euenit in facto in Ciuitate Sancti Seuerii, vbi incolatum facio, & defendi fideiussores, præsupponendo hunc actum repræsentationis fuisse scriptum ab Actuario, † & à iudice receptum. Nam reuerendiss. 4

Vicarius illius Ciuitatis, coram quo caussa agebatur, post hunc actum repræsentationis, dixerat cuidam suo Nuncio, *porta questo carcerato*, & dum Nuncius exsequeretur iudicis mandatum, ducendo ad carceres, ille aufugit, hocq; ipse defendebam ex doctrina Affl. *in constitu. Humanitate, post num. 11.* licet Affl. ibi etiam dicat, quod fideiussor, dum præsen-
5 tat, debeat dicere ac protestari, † quod nolit amplius pro illo teneri, & quod iudex illum benè custodiat.

Sed dicebam, quod etiamsi absq; dicta protestatione fuerit repræsentatus, adhuc fideiussor sit liberatus: nam dum ille actus repræsentationis fuerit scriptus, & iudex Nuncio mandauit, quod illum reduceret ad carceres, vel alter processerit contra ipsum principalem præsentatum, mandando quod vadat carceratus, seu ad carceres, vel quod non discedat à Palatio, videtur illum recipere in sua
6 custodia, † & renunciare custodiæ fideiussorum, *arg. l. 2. ff. de custo. reo. ac tenuit Afflict. qui alia allegat. in decis. pluries supra in aliis Modis alleg. 130. num. 3.* & si postea ille aufugerit, iudicis
7 culpa ac negligentia aufugisse videatur † cum tenebatur maiori vti diligentia, & sic fideiussor erit liberatus, vt in simili quæstione tenuit ac firmauit Hippol. *in Rub. de fideiuss. quæst. 17. num. 143. per tex. in l. 2. §. simili modo, ff. si quis caut. & ibi Doctor.* Et tanto magis esset liberatus,

tus, quando protestatio interuenisset, qualiter ipse nolebat amplius teneri, & quod iudex ipsum benè custodiret, ac iudex processerit aliquid mandando contra reum præsentatum, vt supra deduximus, nedum per doctrinam Afflict. *in d. constit. Humanitate, num. 11. & alia iura alleg.* sed per tex. *in l. Nesennius, ff. de neg. gest.* sed melius *in l. si cum Hermes. C. loc. cum aliis allegat. per Ioan. Andr. in Addit ad Spec. in tit. de accus. §. sequitur. post num. 17. in addit. incip. Odofredus.*

Sed dubium erit, quid si fideiussor præsentauerit reum coram iudice, hoc modo, videlicet; *Ego fideiussi præsentare hunc, (Domine Iudex) ecce ego eum præsento tuæ dominationi*, nec fuerit protestatus, quod nolebat amplius teneri, prout requirit Afflictus: Vel si fuerit protestatus, nec protestatio, nec alius actus fuit factus in scriptis, nec reperitur scriptus, nec iudex aliquid contra reum præsentatum dixit, seu mandauit, deinde reus aufugiat, an fideiussor teneatur? Afflict. *in alleg. constit. Humanitate, num. 11.* videtur tenere, † quod ille a- 8
ctus protestationis scribi debeat ab actuario in actis, licet nihil alleget; Ego vero inter infinitos actus, qui requirunt scripturam, † e- 9
numeratos per glos. *in cap. 1. de cens. in 6. & per Specu. de instrum. edit. §. restat.* hunc non vidi enumeratum: nec minus hoc casu protestatio scripturam requiret, cum in modum defen-

sionis proponatur, *vt per Bart. in Auth. hanc autem. C. de non nu. pecu Bar. Bal. & alii in l. fin. C. de neg. gest.* & in iure expressum non reperitur, ad validitatem protestationis necessariam esse scripturam, *vt per Bal. in Auth. presbyteros, numer. 2. C. de episco. & cler. ac tex. in d. l. Nesennius, & melius in d. l. si cum Hermes.* non aliter requirūt scripturam in protestatione facienda per fideiussores; Igitur, &c. Scriptura namque non fit ad necessitatem actus, sed ad
10 faciliorem probationem, † cum etiam per testes probari ac verificari possit quilibet actus, *vt in l. contrahitur, ff. de pign. cum alus alleg. ibi per glos. & facit tex. in d. l. fin. C. de neg. gest.* Vnde posset etiam sustineri hoc casu, fideiussorem esse liberatum, si per idoneos testes præsen-
11 tatio probaretur, † Nam non refert qualiter quid fiat, dummodo fiat, *l. cum seruus, ff. de verbo. oblig. l. 3. ff. de cond. instit. cum aliis alleg. per Ioan. Andr. in d. addit.* hocque ego indubitate tenerem in fideiussore, qui promisit simpliciter repræsentare infra decem dies.

Sed in casu quæstionis nostræ, quando promiserit repræsentare intus carceres, dubitarem: nam non videtur adimpleuisse seruata forma fideiussoris, maxime quia communiter hodie hæ fideiussiones fiunt penes acta, & cum iuramento, quo casu quis specifice ad fa-
12 ctum cogitur in forma specifica, † *vt per Felin. & alios in c. ad nostram, el primo. de iureiur. relatos*

*tos* per Afflict. *in decis. 163.* vbi etiam tenet, quod factum cum iuramento promissum non possit per æquipollens adimpleri, nec mutari de vno ad aliud, ex quo est indiuiduũ, *vt per Bald. in l. fin. in prima opp. C. de edicto Diui Adr. tol. alleg. ad propositum per D. Vinc. de Franch. in decis. 173. num. 6. & decis. 181. num. 3.* Vnde cum promissio facta fuerit intus carceres, ita adimpleri debebit, alias tenebitur.

Sed dices tu, quomodo fideiussor adimpleri poterit in specifica forma, si non erit in sua potestate, Reum intus carceres proprie repræsentare, & reducere, nisi iudex satellitibus mandauerit, vt ipsi hunc actum adimpleant, ac Reum in carceres reducant? † Dic quod in 13 hoc cõsistet ac requiretur fideiussoris diligentia, toties scilicet iudicem interpellare verbo, & in scriptis, donec vel reum recipiat in sua custodia, vt in casibus supra positis, vel cũ effectu reus fuerit positus intus carceres. Quid enim si iudex dixerit, *Va troua li famegli, & fatelo carcerare*, vel *fatelo carcerare*. Tunc † enim non 14 videbitur in sua custodia recipere, sed remittere custodiæ fideiussorum, donec carcerabitur, *vt per dictum Afflict. in alleg. decis. 130. per tex. in d. l. 2. ff. de cust. reo.* Itaque cuius culpa, vel negligentia aufugerit, ille tenebitur, siue iudicis, siue fideiussoris, siue cõmentariensis, *vt per tex. in d. l. 2. §. simili modo, ff. si quis caut. & ibi Paul. de Castro, Alex. & alii, & Hippo. in d.*

*rub, num. 143.* vbi meo iudicio ipſe caſum indubitalem poſuit.

Sed iuxta prædicta quæro de vna quæſtione ſeu caſu, qui nunc pendet in Sacro Conſilio, per viam reclamationis. Quidam debitor carceratus vti infirmus, fuit habilitatus ad
15 eius domum per dies decem, † ſub fideiuſſoribus de ſe præſentando intus carceres, vel de concordando creditores, & quia infra hunc terminum maiori fuit infirmitate grauatus, fuit ipſius nomine petitum à iudice, vt prorogaret terminum, ſtante quod ob grauiorem infirmitatem non potuit, nec poteſt ſe repręſentare. Iudex habita fide à Medico de dicto impedimento infirmitatis, dilatauit terminũ per alios dies decem, interponendo decretũ, qualiter prædictus eſſet habilitatus per alios dies decem, Renouata cautione, comparuerunt fideiuſſores, & proteſtantur, quod ipſi non poſunt repræſentare dictum debitorem, ob eius grauiorem infirmitatem, & proinde cum iudex iterum eum habilitauit renouata cautione, ipſi non intenduntamplius pro illo fideiubere ac teneri, & quod iudex iubeat illum redire ad carceres: iudex nullam deinde fecit prouiſionem, nec cautio fuit renouata: debitor aufugit: nunquid fideiuſſores teneantur? Magna Curia abſoluit fideiuſſores, Sac. Conſ. condemnauit, reclamauerunt fideiuſſores, & pendet cauſſa reclamationis. Ego

adducam

adducam hic aliqua in iure, quæ alias in fauorem dictorum fideiussorum consideraui.

Et primo consideremus, an iudex † potuit 16
dicto debitori terminum dilatare ex caussa nouæ infirmitatis: & non est dubium quod potuit: *tex. est ad literam in l. 2. §. si quis in iudicio, ff. si quis caut. ibi, iubeat diem iudicij esse diffusum, &c.* Secundo stante quod iudex ita eum habilitauit, an tenebantur fideiussores dicta habilitatione non obstante eum repræsentare? & dic quod nõ poterant, nec tenebantur, & debitor exceptione repellere poterat † fi- 17
deiussores, ex quo fuerat per iudicem habilitatus, *vt probat tex. in ead. l. 2. §. fin.* Tertio & vltimo an per clausulam in decreto appositã, scilicet, *renouata cautione*, sint liberati dicti fideiussores, si cautio non reperitur renouata,
† nec alii fideiussores fuerint dati? & in hoc 18
tota difficultas consistit. Et licet multa adduci possent pro & contra, tamen conclusiue loquendo, prima facie videtur dicendum, quod fideiussores prædicti non sint liberati: nam clausula prædicta, *renouata cautione*, est ablatiuus absolutus, qui facit conditionem, & nihil nisi adimpleta conditione ponit in esse, *vt in l. à testatore, ff. de cond. & demonst. l. euictis, ff. de vsur. Bart. in l. ab emptione, ff. de pact. cum simil. alleg. per Deci. in cons. 466. num. 18.* Igitur sensus decreti per iudicem lati, erit, † vt debitor nõ 19
intelligeretur habilitatus, nisi renouata cau-

tione, ac datis aliis fideiussoribus, ac facto nouo contractu, & noua obligatione, & sic nouatio fieret expresse, *vt in l. fin. C. de nouat. & in l. nouatione, C. de fideiuss. & Bartol. in leg. Va-*
20 *lerianus, in fin. ff. de prat. stipulat.* † Imo etiam si essent dati alii fideiussores, adhuc dubitari posset, si primi fuerint liberati: nam dixit Affl. *in d. const. Humanitate, numer.* 10. quod si inquisitus dedit fideiussores de stando iuri, & deinde iudicis ordinatione dedit alios fideiussores pro eadem caussa, per præstationem secundorum fideiussorum primos non esse liberatos, quia hodie non fit nouatio, nisi expresse sit dictum, *vt d. l. fin. C. de nouat.* hicque conferunt
21 † omnia alleg. per Vrsill. *super decis. Afflict. 353. num. 1. & 2,* & vide Bart. *in d. l. Valerianus, in fin.* vbi tenet, quod licet pluries sint dati alii fideiussores post primos, si non animo nouandi expresse, vt puta non facta mentione primæ obligationis, nunquam primi erunt liberati: nam semper secundi videntur ad primam obligationem accedere, ad maiorem cautelam, *arg. l. si Titius, ff. de fideiuss. & facit tex. & ibi Castr. in l. 4. §. ex conuentione, & ibi glos. ff. de re iud. & per Iason. & alios in l. 1. C. de iud. & Can. in c. constitut. de fideiuss. vbi in specie Dec. late articulũ examinat.*

Tamen, etsi prædicta verissima sint, ego pro defensione dictorum fideiussorum, & quæstionis propositæ resolutione facio duos ca-
22 sus: Primus est, † quando debitori fuerit proroga-

rogatus terminus solutionis per creditorem absente fideiussore, & hic casus non pertinet ad nostram hæsitationem, & de eius resolutione vide per Doct. *in d. l. 1. C. de iudi. & in d. c. constitutus, & in l. Lucius §. Paul. ff. de admin. tut. cum simi. c. per Isern. in tit. quæ sint regalia. in verbo, Vectigalia. numer. 13. & Parid. de Puteo de Syndicat. in verb. fideiussor. c. 1. post num. 11. & c. 3. numer. 15.* Secundus casus est, quando debitori prorogatur terminus per iudicem, & hic pertinet ad nostram difficultatem, & sumus in terminis tex. *in l. Valerianus, allega.* vbi terminus fuit prorogatus iudicis decreto, volentis expresse primam obligationem nouare præsente fideiussore, prout in casu nostro, in quo si cautio fuisset renouata datis aliis fideiussoribus, ex quo de nouo principalis obligabatur, & denuo alia fiebat obligatio, non esset dubium primos fideiussores esse liberatos, *vt per Bart. in d. l. Valerianus, in fin. & tex. in l. nouatione. C. de fideiuss.*

Sed dubiũ est, postq̃ cautio non reperitur renouata, & fideiussores ad tẽpus dixerint nolle amplius teneri, an stante hac declaratiòne sint liberati? & existimo omnino esse liberatos. † Nam dum iudex decreuit esse renouandam cautionem, voluit expresse nouare, 23 ac detulit fideiussoribus potestatem seu facultatem se eximendi ab obligatione fideiussoria quod dupliciter contingere poterat: vel expres-

24 expressa renouatione† fideiussionis, præstando alios fideiussores, *vt d. l. nouatione*, vel expresso dissensu, declarando nolle amplius fideiubere, nec teneri. *vt in l. si cum Hermes, C. loc. & in l. Labeo, la 2. §. fin. ff. de arbitr. & in l. fin. ff. de pact.* Et si diceres, quod talis expressus dissensus non sufficit, nisi etiam exprefse facta sit nouatio per renouationem cautionis: nam alias sequeretur, quod esset in potestate fideiussoris, se à nexu obligationis contractæ li-
25 berare solo dissensu, quod non † est dicendũ, *arg. tex. in l. si mandato meo. §. 1. ff. man. & eorum quæ not. Bal. in l. si pater, C. de collat. & in d. l. Labeo, §. fin. ff. de arbitr.* & quæ ab initio sunt voluntatis, ex post facto sunt necessitatis, *l. sicut C. de acti. & oblig. & l. 2. C. quando liceat ab empt. disced.* Dicas, quod solus dissensus de per se nõ sufficit absque caussa, sed cum caussa sufficit, *vt in l. qui autem, §. sed & si quis, ff. de constit. pecun. & in l. si pro ea, C. mand. & in l. Lucius, ff. eod. & in c. fin. extra eod.* & patet in omnibus allegatis
26 pro hac parte, *vt in d. l. si cum Hermes.* † vbi dissensus fideiussoris cum caussa, ex quo tempus locationis primæ erat finitũ, sufficit ad ipsum liberandum, & sic in aliis. Ita in casu nostro decretum iudicis, quod cautio renouaretur, dedit caussam fideiussori, quod posset dissentire: dissensit, ergo est liberatus:
27 alias sequeretur, † quod inuitus obligaretur, quod non est dicendum, *vt in d. l. fin.*

*ff. de*

*ff. de pact. cum similibus allegat. per Isern. in loco supra alleg.*

Præterea nonne prædicti fideiussores erant ad tempus? Certe sic: igitur transacto tempore, non possunt de nouo obligari absq; ipsorum expresso consensu, *tex. est in d. l. si cum Hermes, & in d. l. Labeo*, §. *fin.* Sed prædicti nedum non concesserunt, sed expresse dissenserunt, dicendo quod nolebant amplius teneri: ergo non possunt inuiti obligari, *vt d. l. fin. ff. de pact.* Nec obstat distinctio tradita per Iasonem, & alios *in d. l. 1. C. de iudic.* vt si terminus finiendæ obligationis prorogetur, fideiussores liberentur, *vt d. l. si cum Hermes.* sed si terminus designatæ solutionis, non liberentur: nam in prima prorogatione obligatio exstinguitur, in secunda non exstinguitur, imo tunc incipit nasci, & deberi. Nam vltra † quod hæc ratio 28
diuersitatis recte considerando nõ procedet, cum vterque terminus factum contineat, ac vterque solutionem & obligationem, & sicut transacto termino designatæ solutionis incipit magis obligari fideiussor, ita transacto termino finiendæ obligationis incipit magis teneri fideiussor, si principalis non adimpleuerit, vt in locatione per annum: nam finito anno, si inquilinus non soluerit pensionem, remanet obligatus fideiussor pro pensione, donec à principali non fuerit soluta. Et sic non est verum, quod finitur obligatio, vt Iason suppo-

supponebat: imo nedum remanet obligatus
respectu obligationis facti preteriti, sed etiam
futuri: nam si conductor domus remanet in
locatione, videtur relocasse, & remanet ob-
29 ligatus † ac durant pignora, *vt in l. item quæri-*
*tur, §. qui impleto, ff. loc* & fideiussoris obliga-
tionem similiter existimo durare, si sciunt ac
vident illum continuare locationem, & non
30 dissentiunt: nam † non sufficit non consen-
tire, sed oportet, quod expresse dissentiant,
*vt probat tex. in d. l. si cum Hermes, ibi, si non con-*
*sensisti, sed cautionem tibi reddi postulasti, &c.*

Attamen quando Iasonis consideratio pro-
cederet, dicimus prædictos fideiussores esse in
termino finiendæ obligationis, & non desi-
gnatæ solutionis: nam ipsi non voluerunt o-
bligari, nisi per illos dies decem, & non vltra,
quod patet: nam statim transacto termino
dissenserunt, & sunt protestati.

Demum ad quid erãt obligati dicti fideius-
sores ad pœnã euitandam? ad duo, scilicet, vel
debitorẽ præsentare infra dies decem, vel ali-
ter se à nexu obligationis eximere. Primũ non
potuerunt perficere, ex quo reperierũt prin-
cipalem de nouo habilitatum per iudicis de-
cretum, quod præstitit exceptionem princi-
pali aduersus fideiussores volentes illũ repræ-
sentare, *vt diximus supra ex l. 2. §. fin. ff. si quis cau.*
Secundum iam adimpleuerunt: nam transa-
cto tempore dissenserunt ad denuo se obli-
gandum,

gandum, quod sufficit ad se eximendum ab obligatione, *vt d. l. si cum Hermes. & d. l. Labeo. §. fin.* Igitur solutione eius quod debetur, omnis fuit sublata obligatio. *Instit. quibus mod. toll. oblig. in prin. & l. soluendo, ff. de neg. gest.*

Non obstant modo allegata in contrarium: & primo, quod illa clausula, *renouata cautione,* est ablatiuus absolutus, & sic ille non intelligebatur habilitatus, nisi adimpleta illa conditione, scilicet, *renouata cautione, &c.* Nam dicemus, quod illud decretum ad inducendũ expressam nouationem duo requirebat: † vnũ 31
respectu principalis debitoris, & aliud respectu fideiussorum. Respectu debitoris requirebat cautionis renouationem: ad ipsum enim spectabat reuocare cautionem, & non ad fideiussorem. Respectu vero fideiussorum requirebat ipsorũ dissensum. Igitur licet primum non interuenerit, ex non facto debitoris, tamen non per hoc infertur praeiudicium secundo, qui iam interuenit, scilicet dissensus: sicque desidia ac rei principalis negligentia non debet nocere fideiussoribus, † quibus 32
ius erat quaesitum se eximendi ab obligatione, prout se liberauerunt expresse dissentiendo, vt est casus *in d. l. fin. ff. de pactis.* taliter quod respectu fideiussorum bene inducta fuit nouatio expresse.

Nec vltimo obstat alleg. doctrina Affl. *in d. Constitu. Humanitate, &c.* nam ibi non fuit

per

per iudicem interpositum decretum, quod renouaretur cautio, & sic nō erat animus nouandi expreßè, sed tantum oretenus dixit; caussa est, quod alios inueniret fideiussores, & sic est dissimilis casui nostro, ac in fauorem fideiussorum tenuit Specu. Io. And. Ant. de Alex. Andr. de Iser. *in d. titu. quæ sint Regalia, Paris de Puteo in locis sup. alleg. decis. in consi. 93. Hippol. de Marsi. in d. Rub. de fideiuss. in 6. q. num. 89.* & vide Iasonem, qui hos Authores refert, & alios *in d. l. 1. C. de iudi.*

## *MODVS NONVS.*

### SVMMARIVM.

1 *Consignatio carcerati per clamydem alicui facta, est species fideiussionis.*

2 *Consignatio carcerati per clamydem quando locum habeat.*

3 *Practica traditur per Caraui. super hac consignatione.*

4 *Practica prædicta per Caraui. tradita, an sit vera, & procedat.*

5 *Perquisitio ad quem finem fiat.*

6 *Forma faciendi perquisitionem etiam secundum Authorem.*

7 *Carauitæ Codex super Ritibus diuersus.*

8 *Carauita an benè dixerit, Actum huius consignationis fieri posse penes acta.*

9 *Actus consignationis per clamydem differt à fideiussione penes acta.*

10 *Alter-*

10 *Altercatio inter Carau. & Foller. super intelligentia Ritus 44. & 162. & Author amplectitur opinionem Foller. alia tamen ratione.*
11 *Actuarius quando stipuletur obligationem fideiußionis proprio periculo.*
12 *Actus consignationis per chlamydem, quare Ritus requirit, quod stipulari debeat in præsentia officialis.*
13 *Instrumentum consignationis prædictæ quod olim fiebat, an hodie sit in vsu.*
14 *Intellectus ad Ritum 161. per Authorem.*
15 *Feriis inductis ad honorem Dei an renunciari possit, vel inductis ad hominum vtilitatem.*
16 *Perquisitio in quibus modis fideiußionum sit necessaria.*

NONVS Modus fideiubendi succedit, † 1 quoties inquisitus consignatur alicui per chlamydé, qui obligatur, ac pro eo fideiubet de illum prima die repræsentando, ad certam pœnam, euenitque hic modus, quando inquisitus esset habilitandus † seu liberandus aliquo die feriato, quo Curia regi non posset, 2 *vt est Ritus Magnæ Curiæ 44. incip. item statuat ipsa Curia, quod quando liberatur, &c. & ibi Carau. & vide Foll. in suis fragm. post pract. crimin. in tit. de fideiuss. num. 271. & seqq.* & idem Carau. *super d. Ritu. numer. 13.* ponit practicam circa huiusmodum, dicens, quod si hic actus fuerit stipulatus penes acta Curiæ, † res non habet 3 E difficul-

difficultatem: nam accuſatur pœna ſine aliquo libello,& citatione partis *iuxta Ritum 128. ſæpius ſupra allega.*& ea accuſata exſequitur realiter & perſonaliter: ſed ſi non fuit ſtipulatus penes acta, ſed per actum publicum per Notarium, tunc quia hic actus non reputatur iudiciarius, eſſet neceſſarium fideiuſſores conuincere,quod non præſentauerunt, quod fiet facta perquiſitione per Palatium, quod ille talis non venit, vt quotidie vtimur, faciendo alta voce vocari per tubitam, vel præconem illum talem, ſi ibi adeſt, & antequam ad aliud procederetur, citate fideiuſſores, *vt per Iſern. & Afflict.in Conſtit.Edictorum quæſt.12.verſ. quarto fallit.* Hæc ſunt verba Carauitæ, ex quibus (ſi bene aduerteris) concludit, quod quando
4 hic actus ſtipulatur per Notarium, † non penes acta, ſit tantum neceſſaria perquiſitio, ad conuincendum fideiuſſorem: ſed quando penes acta, videtur ſentire, quod non ſit neceſſaria: quod ego non exiſtimo verum, ſed dico, quod etiam quando hic actus fit penes
5 acta,neceſſaria ſit perquiſitio:† Fit enim perquiſitio nedum ad conuincendum fideiuſſorem, vt ipſe dixit, ſed etiam, vt Curia ſit certior, quod principalis, aliquo modo non obediuit ipſius mandatis,nec ſe præſentauit, vt poſſit deinde tutius procedere ad citationem & condemnationem principalis & fideiuſſoris.

Et

Et perquisitio fit hoc modo: Vocatur reus principalis per præconem altà voce per totum Palatium, vel in locis consuetis, & non inuento principali, † examinantur duo testes 6 qualiter fuit vocatus, & non inuentus, & proinde accusata prius pœna per partem, seu per fiscum, in actibus non stipulatis penes acta, vt communiter prædicti actus fiunt, proceditur ad condemnationem principalis & fideiussoris formiter, condemnando eos ad pœnam in obligatione contentam, & quod exsequetur realiter & personaliter. Sed in actibus stipulatis penes acta, non condemnabuntur formiter, sed accusata pœna tantum dicetur, quod exsequatur realiter, & personaliter, contra tales, &c. & expediantur literæ exsequutoriales, vt supra probauimus *in primo modo, numer. 8.* Necque meo iudicio erit forma perquisitionis clarior illa, quam posuit Carau *super Ritu 158. in 2. nota.* vbi dixit, decretum continere debere, licere ac posse accusari pœnam mandati, quod esset ille error de quo per Afflict. *in dec. 3.* Hæcque scripsi, dum † le- 7 gissem Codicem Carau. impressum de anno 1563. sed cum deinde casualiter legerim alium impressum de Anno 1572. super eodem Ritu 44. inueni nouam additionem, in qua tenet hanc eandem opinionem, & lætatus fui. Miror tamen de Cara. qui posuit, quod hic actus cõsignationis per chlamydem fieri possit pe-

nes acta, † cum Ritus alleg. 44. dicat expres-
8 se, quod ideo hæc practica per chlamydem inuenta fuit, quia illa die feriata non potest capi obligatio formiter penes acta, & ibidem tã Ritus, quam Carauitamet & alii scrib. ponunt differentiam inter actum publicum cõsignationis per chlamydem, & obligationem fideiussionis penes acta: nam ille actus stipulari non potest, nisi in præsentia ipsius iudi-
9 cis: † sed obligatio fideiussoris penes acta, etiam in iudicis absentia, per solum actuarium stipulari potest, & vide alium Ritum 162. *incipi. Item si esset dies.* ac Foll. *in d fragmen. nu. 272.* Ex qua differentia nata fuit altercatio inter Carau. & Folle, super obseruantia dictorum Rituum 44. & 162, nam Folle. *in loco alleg. fragment.* tenuit, Ritus prædictos requirere pro
10 forma præsentiam iudicis, † & si aliter fieret, consignatio per chlamydem, non valeret. Sed Carau. *in d. Ritu 44.* late nititur probare iudicis præsentiam in d. consignatione non esse de forma, & fieri posse in absentia ipsius iudicis per solum actuarium, & ita practicari in Magna Curia, & in Regiis Audientiis, tenet in d. Ritu. 162.

Sed quicquid teneat Caraui. ego teneo opinionem Follerii, non ea ratione, qua Follerius defendit, nec ea quam cogitauit Carau. sed ea, quam prædictimet Ritus adducunt, scilicet, quia in consignationẽ per chlamydem

demRegens stipulatur nomineCuriæ,&capitur ipsius periculo,ex quo nullum potest præcedere decretum, quo possit prouideri, talem habilitandum esse per consignationem per chlamydē, ex quo Curia regi non potest: nam si Curia regi posset, tunc fieret decretũ habilitationis in forma, de quo diximus supra in primo modo, & Actuarius † stipularetur penes acta obligationem fideiussionis suo 11
periculo, *vt in l. fin. C. de magistr. conu. & l. 2. & 3. ff. eod. tit. §. sciendum, & §. fin. Institu. de satisd. tut. & Institu. de Attil. tut. §. nos autem, & ibi glos. in verbo, eorum, cum alijs allega. per Parid. de Puteo de Syndic. in verb. si iudex maleficiorum, circa princ.* Igitur aliter stipulari non poterit dictus actus consignationis per chlamydem, nisi cũ præsentia officialis, qui in se sumat dictam vim, alias notarius,qui stipulatur instrumentum, teneri non posset: † nam non repræsen- 12
tat aliquam personam publicam, sed tantum suam priuatam: & ideo non est conueniens, quod teneretur, nec Actorum Magister,cum ipse stipulari non possit, ex quo non adest decretum.

Teneo itaque, necessariam esse iudicis,seu locum tenentis personam, dum actus consignationis per chlamydem concipitur: verum instrumentum publicum, de quo in d. Ritibus,hodie credo non esse in vsu, † sed sufficit, 13
quod dictæ consignationes notentur,& scri-

bantur per Actuarium caussæ: & ita credo practicari. Et prædictam intelligentiam ostendit Ritus allega. 162. *in fin.* dum dicit, *quod postquam regitur Curia, & fideiussio capitur in forma, Regens rumpit instrumentum prædictum*: nam alias si non fuisset ipse etiam Curiæ obligatus, non fuisset necesse rumpere respectu obligatorum, qui denuo erant obligati in forma, & durius, scilicet penes acta.

Nec obstabit alius Ritus 161. incip. *Item qualibet fideiussio*, quem non intelligo, prout Carau. *ibi*, seu prout Foller. *in d. frag. num. 267.*

14 sed intelligo, † quod ille Ritus non dicit absolute, Curiam illa die regi non posse, prout allega. Ritus 44. & 162. sed dicit, quod illo die Curia non regatur, dummodo posset regi, & sic aliud est quod Curia totaliter regi non possit, vt d. Ritibus: aliud quod Curia nõ regatur, tamen quod regi possit, vt in alleg. Ritu 161. qui pro contrario allegatur: facti cõtingentiam cogitа de per te. Ego pro nunc dicerem, quod Ritus alleg. 44 & 162. loquuntur in feriis, seu diebus feriatis inductis ad honorem Dei, quibus nullo modo, nec tacite, nec expresse renunciari potest, *vt in c. fi. de fer. vbi omnes notant.* Sed Ritus alleg. 161. loquitur in feriis, seu diebus feriatis, inductis ad

15 hominum vtilitatem, † vt sunt Iulii, & Augusti, quibus bene potest renunciari, *vt in l. 1. ff. de fer. & in d. c. fin. extra eod.* nimirum, si in

primis

primis nullo modo Curia regi potest, in secundis non regitur, sed regi potest: & ideo in eis videmus capi omni die, ac per actuarios in iudicis absentia, *vt in d. Ritu 161. & vide Carau. super Ritu 92. in fine. & Cauen. super Ritu 116. secundum ipsum, num. 4. & 5.*

Sed nunquid, sicut in prædicto modo facienda est perquisitio, antequam ad condemnationē principalis & fideiussoris deueniatur, ita etiam in omnibus aliis modis fideiubendi? † Et dicas, quod in omnibus modis, in 16
quibus principales & fideiussores non sunt citandi, seu requirendi, absolute tenerem, necessariam esse perquisitionem, antequam ad condemnationem deueniretur: sed in modis in quibus erit necessaria requisitio, & citatio, dubitari posset, licet melius esset semper eam facere, cum ad excusationem iuuare possit, nocere autem minime, *argument. l. 2. ff. sol. matrim. cum simil. allegat. infra in 6. q. principali, &c.*

## MODVS X.

### SVMMARIVM.

1 *Fideiussor de securo carcere qualiter accipiatur, & qui.*

2 *Modus procedendi contra fideiussorem taliter acceptum.*

3 *Practicatur diuersimode contra talem fideiussorē ac contra eum cui fuit factum mandatū, quod*

non discedat circa modum procedendi, & condemnandi.

4 Carau. posuit diuersam practicam super Ritu 158. & an procedat.

5 Declaratio noua per Authorem ad decis. Afflict. 3.

6 Caussæ cognitione pracedēte requiritur decretum.

7 Licentia accusandi obligationem ab ipsa incusatione differt.

8 Sententia diffinitiua continere debet finem & non exordium litis.

9 Fideiussores prædicti, vel is cui fuerit factum mandatum, an sint prius citandi.

10 Citatio non est necessaria, quando notorie constat nullam competere defensionem.

11 Excusatio non competit in contumacia, commissa in iudicis conspectu.

12 Differentia inter modum procedendi contra fideiussores, qui sunt requirendi, vel eos, qui non sunt requirendi.

SVCCEDIT nunc decimus modus fideiubendi, vt quando quis fideiusserit pro ali-
1 quo habilitato per Palatium, † vel de carcere, vel in aliquo loco quem teneat loco tuti carceris, seu ei fuerit factum mandatum per Curiam sub pœna, quod non discedat à Palatio, vel à tali loco: tunc si iste talis taliter habilitatus discesserit à loco ei designato pro tuto carcere, instante prius parte, vel fisco, pro accusatione, pœnæ condemnatione, & executione, fit

ne, fit † perquisitio per locum illum, in quo 2
ille erat carceratus, eo modo, prout diximus
supra in proximo superiori modo, & per Cara. *super d. Ritu 44. & 158. in libris impressis de anno 1572.* & eo non inuento, debet præcedere
alia instantia partis seu fisci. Et in hoc est aduertendum: Nam si loquimur de fideiussoribus de tuto carcere, & fideiussio erit capta penes acta, non fit instantia, quod condemnentur,
sed tantum accusata pœna, quod contra ipsos
exsequatur realiter, & personaliter, & per Curiam sic similiter decretabitur, vt pluries diximus supra in omnibus modis præcedentibus.
Si vero loquimur in eo cui fuit factum mandatum, quod non discedat, sit † instantia, 3
quod condemnetur, & tunc absque alia citatione condemnabitur ad pœnam in mandato
contentam, & pro ea exsequetur realiter, &
personaliter, accusata tamen prius pœna mandati per fiscum. Et in hoc particulari Carau. *super d. Ritu 158. in 2. not.* posuit diuersam practicam, scilicet quod instantia non debet fieri quod condemnetur, sed quod decernatur,
posse accusari pœnam mandati, † & tunc per 4
iudicem fit decretum, quod accusetur pœna
mandati, & exsequatur realiter, & personaliter: Et hoc decreto lato, procurator fiscalis
in margine mandati facit scribere per actuarium vel scribam: *Die tali comparuit magnificus Procurator, & incusauit pœnam præsentis mandati*

*contra talem vigore decreti desuper lati die tali, &c.* Quam practicam dicit etiam esse seruandam, quando erit accusanda aliqua pœna fideiussionis præstitæ penes acta, *vt dixit in d. Ritu 44. numer. 13.*

Sed vt etiã tetigi supra in proximo superiori modo, nescio si hæc practica hodie seruetur in magna Curia, & in Sac. Consil. Nam vltra quod continet quandã perplexitatem, & circuitum inutilem, (vt ita dicam,) videtur repugnare menti decisionis Sac. Cons. quæ est 3. decis. Afflicti. Ibi enim illa sententia, qua fuit declaratum, ꝙ pœna poterat accusari, fuit

5 † quoddam remedium ad euitandũ omne dubium, & fuit quædã prouisio (si ita dicere libet) extrauagans, vt sententia ferri potuisset conformis libello, vt ibi dicit Vrsillus. Citatio enim ibi expedita per procuratorem fiscalem, ad dicendum quare pœna non debebat accusari, fuit ex errore: nã pœna prius accusari debebat, & deinde citari, quare non erat exsequendũ pro ea: & quia citatio ita reperiebatur concepta, proinde Sac. Cons. ad euitandũ omne dubiũ, & vt resultaret idẽ effectus, vocauit, quod formaretur sententia contra fideiussores iuxta formã dictæ citationis, sed hodie aliter concipiendas esse citationes in similibus casib⁹ decisio. Afflict. existimarẽ, & non ad dicendum caussam, quare non debeat pœna accusari, cum iam sit presupponendũ fuisse

accu-

accuſatam: ſed ad dicendũ cauſſam, quare nõ ſit contra eos exſequendum realiter & perſonaliter, ſtante quod pœna fuit contra ipſos incuſata. Et certe in hoc caſu ſpreti mandati hæc practica non carebit ratione. Nam poſtquam fuerat proceſſum per viã cauſſæ cognitionis, præcedente inſtantia ſeu petitione, & & cauſſæ cognitione per teſtes examinatos, † 6
ergo requiritur ſententia, *vt in l. ne quicquam, §. vbi decretum, ff. de officio proconſ.* Sed decretũ, quo prouidetur ſecundum Carau. poſſe pœnam accuſari, continet principiũ litis, & non finem, ſcilicet condemnationem, *arg. l. 1. ff. de ſentent. & re iud.* Igitur, &c.

Et ſi diceres, accuſationem obligationis penes acta perinde haberi, ac ſi eſſet ſententia lata, *vt per Angel. in l. frater à fratre, ff. de cond. indeb. & D. de Franch. in dec. 200. num. 22. & Ritus allegat. 128.* dicimus ſatis differre † 7
licentiam accuſandi obligationem ab ipſa reali incuſatione, ſicut differt potentia ab actu: alias dum dicitur in decreto, liceat accuſare, erit vna ſententia, & dum realiter accuſatur, erit alia ſententia, & ſic duæ ſententiæ diffinitiuæ eodem inſtanti, quod non eſt dicendũ. Et ſcio aliquos iudices ignorantes, qui legerunt verba dictæ deciſ. Afflic. 3. ſed mentem Sac. Conſ. non intellexerunt, & ideo in ſimilibus caſibus prius fecerunt accuſare pœnam fideiuſſionis per curiæ coadiutorem, & dein-

& deinde preposterо ordine fecerunt perquisitionem, ac demum interposuerunt decretū, esse procedendum ad incusationē pœnæ in obligatione contentæ, sicq; post actum completum dixerunt, quod compleatur: quod est ridiculosum, sicut si quis post processum compilatum, & actionem ab eo intentatā optime verificatam, dum expectet à iudice sententiā in sui fauorem, sibi rem petitam adiudicando secundum probationes factas, iudex decerneret, licuisse ac licitum esse dicto T. agere contra T. &c. & sententia quæ finem continere
8 deberet, † principiū ac litis exordiū haberet.

Concludamus itaque, in fideiussores præstitos de securo carcere penes acta obligatos facta perquisitione, & accusata pœna, non esse per decretum condemnandos, sed tantum in decreto sit dicendum, exsequatur realiter & personaliter: sed in eo cui fuit factum mādatum, quod non discederet, facta perquisitione, ac accusata pœna mandati per fiscum, sit condemnandus per decretum ad pœnam in mandato contentam, & pro ea exsequendū realiter & personaliter.

Sed an prædicti ante pœnæ condemnationem seu exsecutionem sint citandi, & requi-
9 rendi? Et dicerem his casibus, † quod non, ea ratione: Nam est notorium iudici, nullam posse fideiussoribus competere exceptionem, seu defensionem, quare principalis dis-

cesse

cesserit, ita vt essent admittendi: sicut in simili dicunt Doctor. quod vbi notorium est iudici, nullam competere posse defensionem: nam & si aduersarius fuisset præsens, neque potuisset actum impedire, nullam esse † necessariam citationem, *vt per Card. Alex. in c. cum sit Romana. li. 2. de appell. & tex. in l. si eum seruũ, §. 1. ff. de fideicom. lib. & in l. recusare, ff. ad Trebell. cum aliis allegat. per Roman cons. 212. incip. quoad primum, & per Hipp. in sing. 30. incip. Tuscis regulam, Bald in d. l. ne quicquam, §. vbi decretum, Deci. consil. 698. in princ. & Alex. consil. 130. col. 1. lib. 1. cum similibus per Foller. in Add. ad Mar. in par. 6. memb. 1. num. 5.* quibus adde Afflict. *in decisio. 182 num. 1.* Et prædictorum discessus à carceribus est quædam contumacia, commissa in conspectu ipsius iudicis, † vbi nulla cadit excusatio, & ideo exigi potest absque citatione, *vt in l. 2. vbi not. ff. si quis in ius vocat, &c. & per Afflict. in d. consti. edictorum, quæst. 12. num. 32.* secus ibi cadere posset excusatio, & defensio, vt est in aliis habilitatis sub fideiussoribus extra carceres, *vt diximus supra per tex. in l. si enim, ff. qui satisd. cog. & in l. si eum. §. fin. ff. si quis caut.* 10 11

Sed cogita: & quia supra dictis videntur contraria ea, quæ supra in 3. 4. & 5. modo diximus circa practicam formandi citationes aduersus fideiussores obligatos penes acta, ideo aduerte diligenter. Nam ibi supposuimus fideiussores esse citandos, & requirendos, ac vni-

ac vnica citatione requirebantur, ac citabantur ad dicendum caussam, quare pœna, &c. sed hic absque alia citatione, & requisitione proceditur, vt supra, & in dict. decis. 3. Afflict. iam primo fuerant fideiussores requisiti, vnde in ipsorum contumacia debuerat pœna accusari per Procuratorem Fiscalem, & prouideri esse exsequendum realiter & personaliter: vel quando fuissent citandi post primam requisitionem, debebant tantum citari ad dicendum, quare non erat exsequendum pro pœna contra eos incusata, &c. & non ad dicendum, quare non debebat pœna accusari, prout ex errore fuit factum, vt supra, &c.

## MODVS XI.

### SVMMARIVM.

1 *Fideiussio de reficiendis expensis qua.*

2 *Verba, quibus hoc fideiussio fuerit concepta, sunt respicienda & consideranda.*

3 *Actore condemnato propter instantis peremptionem, an fideiussor talis teneatur.*

4 *Practica & modus procedendi contra dictos fideiussores expensis liquidatis.*

5 *Fideiussor praedictus ad quem finem sit citandus, & requirendus.*

6 *Fideiussio de reficiendis expensis habet tacitam conditionem.*

7 *Fideiussor talis an opponet excussionis exceptionem.*

8 *Hodie*

8 *Hodie in qualibet fideiußione iurant principales & fideiußores.*

9 *Obligatione principalis & fideiussoris tendente ad eundem effectum, dispositio, quæ habet locum in vna, procedet quoque in alia.*

SEQVITVR vndecimus Modus fideiubendi, quando quis fideiusserit pro actore de reficiendis expensis in casu succumbentiæ,† vt communiter practicatur in principio 1
litis, de quá per tex. & Doc. *in Auth. generaliter, C. de episc. & cler.* & diximus nos late in nostra Praxi ciuili, Sacr. consil. & Magnæ Curiæ, *in par. 3. in glos. expensis.* Et dicas, quod verba fideiussionis sunt consideranda ac inspicienda. Nam aut per fideiussorem fuit promissum soluere expensas in casu succumbentiæ,† seu in casu quo succubuerit, & tunc si a- 2
ctor fuerit ad expensas condemnatus propter peremtionem instantiæ, fideiussor non poterit conueniri, *vt per Bald. in consil. 272. seu 111. in 2. vol. incip. proponitur.* Mar. *in suo specu. par. 6. memb. 8. numer. 17.* tacito authore, à quo habuit, scilicet Hipp. *in singu. 313. incip. diligenter aduertant,* vbi dicit, quod diligenter aduertant recipientes fideiussiones, ad verba apposita in ipsa fideiussione. Aut fuit promissum, soluere expensas factas, & faciendas in qualibet parte iudicii, prout vidi aliquas concipi fideiussiones, & tunc bene procedi poterit

terit contra fideiussores, etiamsi fuerit Actor condemnatus propter instantiæ peremtionẽ,
3 & † hoc propter formam & modũ fideiussionis. Et an fideiussor de soluendo iudicatum teneatur ad expensas litis etiam, vide Hippo. *in rub. de fideiuss. q. 25. num. 287.* vbi concludit fideiussorem teneri, & nos dicemus infra *in proximo seq. Modo 12.*

Sed quomodo erit procedendum contra istos fideiussores, lata sententia contra Actorem, qua fuit condemnatus etiam expensas? In liquidatis expensis, † ac taxatis, si actor cō-
4 demnatus non erit soluendo, accusabitur pœna, & exsequetur absque alia requisitione, seu citatione contra fideiussores? & licet hic conueniat materia fideiussoris de iudicato soluendo, de qua statim amplè dicemus in proximo sequenti Modo, tamen nunc dicamus, quod quamuis hæc sit promissio penes acta, quæ videtur habere paratam exsecutionem, *vt latè diximus sup. in quinto Modo per Ritũ 128. & alia ibi alleg.* tamen hic dicemus, quód liquidatis ac taxatis expensis, si Actor non erit soluendo, saltem fideiussor requiri ac citari debeat ad dicendum caussam, quare non sit contra ipsum exsequendum pro expensis liquidatis, & taxatis, ad quas T. suus principalis fuit mediante sententia condemnatus seruata forma fideiussionis, cuius formam opus esset etiam inserere, vt pluries diximus: hocque

que ad finem, † vt ipse fideiussor notitiam 5
habeat, qualiter suus principalis fuit ad expensas condemnatus: hæc enim cautio de reficiendis expensis in casu succumbentiæ, tacitam habet conditionem, scilicet eo tempore, quo principalis ad eas fuerit condemnatus, † 6
sicut cautio de soluendo iudicatum, *vt in l. 1. & ibi glos. & in l. iudicatum solui, ff. iudic. solu. & statim dicemus in proximo sequen. modo*: hicque actus condemnationis principalis non erat, nec poterat expleri per fideiussorem, sed per Curiam: Igitur probabiliter fideiussor illam ignorare poterat: & proinde erit omnino requirendus, & citandus, *vt per Spec. in pluries al. leg. tit. de dolo, & contum. §. restat. nu. 23. & diximus sup. in quarto modo.*

Præterea ex alio erit requirendus: nam † 7
poterit opponere exceptionem excussionis, quam fideiussor de soluendo iudicatum opponere potest, *vt per Bal. in l. fin. §. & cum antiquitas, numer. 2. vers. sed nunquid, C. de vsur. rei iud. & consuluit Ruynus in cons. 98. vol. 5. vt refert D. Vincentius de Franch. in decis. 208. nu. 4. & statim dicemus latius.* Demum hodie ex recenti
practica in † omnibus fideiussionibus, etiam 8
ciuilibus, iurare debet nedum fideiussor, sed etiam principalis, *vt per Carau. super Ritu 159. post num. 3.* Igitur si esset exsequendum absque requisitione, non minus ita esset exsequendum contra fideiussorem, quam contra principalem,

cipalem, cum iuramentum iudicii calore eundem effectum cōtra omnes operari deberet. Sed contra principalem condemnatum videmus non sic de facto procedi, sed iuris forma seruata proceditur, prius ei intimata sententia, ac mandato de parendo, vt in Sac. Cons. ac etiam in omnibus aliis tribunalibus, *vt per Afflict. in const. t. dilationes, num. 23. & 27. & per Carau. super Ritu 262. num. 11.* Ergo idem modus contra fideiussorē seruandus erit, *arg. l. oratio ff. de spon. cum simil. vulg.* Et quando obligatio accessoria, vt est obligatio fideiussoris, tendit ad eundem effectum cum obligatione
9 principali, † qualitas principalis dispositionis in accessoria repetita intelligitur, *vt in l. si vt proponitur. ff. de fideiuss. & per Decium in cons. 2. in princ. & hanc opinionem tenuit Bal. in l. duobus, §. igitur si quis, ff. de iureiur. & melius declarabimus infra in proximo sequenti modo, &c.*

## MODVS XII.

### SVMMARIVM.

1 *Circa fideiussionem de stando iuri, & soluendo iudicatum, quatuor sunt consideranda.*
2 *Fideiussio de stando iuri, vel de soluendo iudicatū, quomodo concipiatur.*
3 *Dictiones vniuersales, quicquid, & omne, &c. nihil excludunt.*
4 *Fideiussionis verba diligenter sunt ponderanda.*
5 *Forma satis ampla concipiendi fideiussionem de*

*soluendo*

*soluendo iudicatum, vt duret etiam in caussa appellationis.*

6 *Fideiussor de soluendo iudicatum, quando teneatur etiam in caussa appellationis.*

7 *Fideiussor obligatus proprio & principali nomine, & in solidum, an teneatur in caussa apppellationis.*

8 *Fideiussores officialis absolute, si processu reuiso fuerit condemnatus officialis, an teneantur.*

9 *Fideiussores absoluto principali in prima instantia, an teneantur reuiso processu ac reuocata sententia.*

10 *Caussa deuoluta ad superiores per viam grauaminis, an fideiussores remaneant obligati.*

11 *Caussæ non intentatæ in caussa appellationis remanent in iurisdictione iudicis à quo.*

12 *Fideiussor datus in caussa appellationis, an teneatur ad condemnationem caussæ principalis.*

13 *Fideiussor de soluendo iudicatum, tenetur ad omnem condemnationem respectu illius caussæ, etiam ad expensas, ibid. num. 14.*

15 *Fideiussio de soluendo iudicatum, quomodo hodie concipiatur in Regno.*

16 *Fideiussio de stando iuri exspirat per sententiam, & an contineat illam de soluendo iudicatum, vel è contra, & sub num. 17.*

17 *Carcerati pro delicto sub qua sunt relaxandi fideiussione.*

18 *Cautius est vtrãq; fideiussionem cõiungere, scilicet de stando iuri, & soluendo iudicatum.*

19 Fideiußio prædicta sic iniuncta, an sit vna vel duæ, & in quibus caußis cadat.

20 Fideiußio de stando iuri, cadit tantum in caußis criminalibus de per se.

21 Practica, & Modus procedendi contra dictos fideiussores, tam iudicij, quam contractus.

22 Communiter hodie dicti fideiussores obligantur penes acta iudicij.

23 Fideiussores prædicti, an teneantur tantum ad pœnam, vel etiam ad partis interesse.

24 Quare cum est f[illegible] sententia diffinitiua in criminalibus, reducuntur habilitati ad carceres.

25 Practica licentiandi officiales post lectas querelas, & litem contestatam.

26 Contra fideiussorem de stando iuri tantum in caussa ciuili, quomodo procedendum.

27 Stipulatio de iudicio sisti vt committatur, duo requiruntur.

28 Practica procedendi in prædictis casibus contra dictum fideiussorem.

29 Interesse quando esset illiquidum, an etiam contra dictum fideiussorem exsequi posset.

30 Bart. doctrina in l. 1. ff. iud. solu. quomodo intelligenda.

31 Citanda an sit pars in liquidatione interesse illiquidi.

32 Quando simul iuncta fuerit fideiußio de stando iuri & soluendo iudicatum, quomodo procedendum.

33 *Fideiussor de soluendo iudic. an sit citandus ad sententiam.*
34 *Sūmaria cognitio an sit necessaria in exsequendo contra dictum fideiussorem.*
35 *Verba de soluendo iudicatum, quid importent.*
36 *Fideiussor prædictus quomodo audiendus, & an possit exceptiones opponere.*
37 *Fideiussor prædictus, quando erit citandus ante sententiam de necessitate.*

INSPICIAMVS successiue de duodecimo Modo fideiubendi, vt quando quis fideiusserit pro aliquo de stando iuri,& soluendo iudicatum, de quo similiter dixi in d. mea Praxi, *in alleg. glos. expensis.* Et hic videbimus de quatuor. † Primo de modo concipiendi fideiussionem, maxime de soluendo iudicatum. 1
Secundo super quibus subiectis interponatur tam fideiussio de iudicio sisti, seu de stando iuri, quam de soluendo iudicatum. Tertio an sint duę fideiussiones,quę cōiunctim pręstentur, vel vnica. Quarto de modo procedendi contra fideiussores prædictos in casu contrauentionum, seu condemnationum.

Quoad primum, fideiussio de iudicio sisti seu de stando iuri, non aliter conciperetur, quam prædicto modo, quando sola de per se præstaretur, vt in casu decis. Afflict. 234. Sed quia quasi semper coniungitur cum illa de soluendo iudicatum, vt infra dicemus, ideo

respectu istius, quæ solet vario modo concipi, & illa quoque videtur varie concepta.
2 Nam† quandoque dicitur tantum de soluendo iudicatum, quandoque de soluendo quicquid fuerit iudicatum, vel omne condemnatum, vel omne condemnationem: hæ enim
3 dictiones vniuersales, *quicquid, & omne, &c.* † cum omnia includant, & nihil excludant, *vt in l. Iulianus, de leg. 3. l. à procuratore, C. mand. c. si Romanorum. disti. 19. c. solite. de maior. & c. obed. per Dec. in cons. 11. post. nu. 13. & in cons. 69. post. nu. 3. arg. l. 1. §. & generaliter, ff. de leg. præst. & in l. 1. ff. de leg. 1. cum simil.* solent operari circa argumentum, & accessoria ad principalem condemnationẽ, *vt per Hippo. in rub. de fideiuss. quæst. 8. & 9. num. 96. & 97. vt in l. amissi. §. fideiussor. & in l. si stipulatus sim a Seio, ff. de fideiuss. cum simil.* Et Hippol. *in eadem rub. quæst. 10.* dixit esse diligen-
4 ter ponderanda verba fideiussionis: † nam possent esse concepta adeo large, & ample, quod comprehenderent caussam appellationis, & caussam principalem.

Et ideo Angel. *in tracta. malef. in rubrica, pro quibus, & quolibet eorum Anton. fideiuss. versiculo, & si bene, &c.* docuit vnam formam concipiendi dictam fideiussionem, vt dicatur, quod T. promisit stare, parere, pati, & soluere omnem condemnationem de eo, & ex dicto processu, in omnem caussam, quotiescunq;, qualitercunq;, & quandocunq;, & per quemcunq;

cunq; fuerit iudicatum, *arg. l. cum postea, & ibi gloss. ff. de arbitr.* vel dicat, si per dictum iudicem fuerit iudicatum, † vel per alium, qui loco sui 5 successerit, vel etiam per iudicem appellationis, &c. quam formam etiam sequitur Boer. *in decis. 315. & vide Capol. caut. 127. incip. quidam fideiussor.* Et illud quod dicitur, etiam per iudicem appellationis, &c. requiritur ad euitandum dubium per Doct. positum circa intellectum tex. *in l. cum apud ff. iud. sol.* Nam aliqui dixerunt, quod si in fideiussione fuerit expressum proprium nomen iudicis, vt puta de soluendo, quicquid fuerit iudicatum per iudicem Sempronium, fideiussorem non teneri in caussa appellationis, si in hac principalis fuerit condemnatus, † & in prima in- 6 stantia absolutus, *vt in d. l. cum apud.* Sed si non fuerit proprium iudicis nomen expressum, sed fuerit simpliciter dictum de soluendo iudicatum, durare cautionem in caussa appellationis, & hæc fuit opinio Martini Silleya. quam aliqui etiam secuti fuerunt.

Primam tamen opinionem, q; nunquam fideiussor iud. sol. teneatur in caussa appel. esse communem omnes affirmant, nisi fuerit expresse dictum, vt supra, & per Boer. *in d. decis. 315.* & secundum hanc opinionem inclinauit ad iudicandũ Sacrũ Consiliũ, dum similis quęstio euenisset, vt per. D. de Franch. *in decis. 208.* vbi etiã ponit, quando in fideiussione fuisset

dictum, quod ipse fideiussor se obligabat pro-
7 prio nomine, & in solidum † cum principali, de soluendo quicquid fuerit iudicatum, & fuisset renunciatum Auth. *præsente, C, de fideiuss.* & optimis rationibus substinet, etiam hoc casu fideiussorem non teneri in caussa appellationis, cum tamen quilibet contrarium diceret, ex quo illa clausula, *proprio principali nomine ac in solidum*, cum illa renunciatione mutat conditionem fideiussoris, & facit eum principalem. Vnde sicut principalis tenetur in caussa appellationis, ita & fideiussor effectus principalis. Tamen non est recedendum ab eius validissimus rationibus, & ad prædicta facit quod adduxit Hippol. *in alleg. quæst. 8. num. 93. per sing. doctr. Bart. in l. fin. ff. de pact.* videlicet, quod si aliquis officialis pro suo syndicatu dedit fideiussores, & fuerit à syndicatu
8 absolutus, † si processus postea vigore alicuius statuti reuideretur, & officialis fuerit condemnatus, fideiussores non tenentur.

Et posui hic: nam facit, quando Barones Regni mandant reuideri processus diffinitos
9 per suos officiales, per alios Doctores, † qui multoties reuocant decreta officialium, an fideiussores primo loco dati teneantur. Et in eadem decisione idem Dominus de Franch. ponit, quando caussa fuit ad superiorem deuoluta per viam grauaminis illati, & superior prouidit, quod caussa remaneat coram se, an fideiussio

fideiussio data duret? Et licet non decidat, ta-
men Vrsillus *super decis. Afflict. 182. post. num. 6.*
dixit, Sac. Cons. † decreuisse fideiussionem nõ 10
esse extinctam, & credo ex authoritate, quam
Dominus de Franch. nouiter adducit ibi ex
Bald. *in l. per hanc, in fin. colum. versic. modo ego*
*quaero, C. de temp. appell.* videlicet, quod caussae
non intentatae in appellatione remanent in
iurisdictione iudicis à quo, † *vt in l. generaliter,* 11
*§. si iudex, C. de rebus cred.*

Sed quid econtra, an fideiussor de soluen-
do iudicatum, datus in caussa appellationis,
teneatur ad condemnationem caussae princi-
palis? Hippol. *in alleg Rub. in quaest. 10. ex consil.*
*Io. de Imola 89.* dicit non teneri dictum fideius-
sorem, ac comprobat aliquibus rationibus,
quae (iudicio meo) non satisfaciunt: nam † in 12
caussa appellationis non deuoluitur aliud, ni-
si illud idem, quod erat in caussa principali,
quando appellatur à diffinitiua, *vt per Bal. &*
*alios in l. ita demum, C. de procur. cum simil. alleg.*
*per* Sebast. Vant. *in tract. nullit. in Rub. de nullit.*
*ex defectu iurisd. num. 86.* vbi alleg. plures Rotae
decisiones, inter quas est decis. 2. *in tit. de*
*caussa poss. & propriet.* faciens ad propositum.
Igitur cum nihil per argumentum, seu extrin-
secus veniat in caussa appellationis, existimo
ad illud idem fideiussorem teneri, imo etiam
ad augmentum condemnationis, quod forte
in caussa appellationis fuerit factum ex men-

tis, vel demeritis caussæ principalis, cum ipse in hac caussa fideiusserit de soluendo, quic-
13 quid fuerit iudicatum: † ergo respectu huius caussę tenetur ad omnem condemnationem, *arg. l. iudicatum solui. la 2. ff. iud. solu.* & faciunt omnia adducta per Dominum de Franch. *in d. decis. 208. num. 3. & 4. & facit l. si seruum, §. nunc videamus, & leg. mora rei. ff. de verb. oblig. & in l. quæro, ff. loc. cum aliis alleg. per Crauet. cons. 45. num. 6.* Et adeo prædicta procedent, cũ idem Hippol. *in d. rubr. quæst. 25. numer. 187.* pluribus rationibus teneat, fideiussorem de soluendo iudicatum teneri etiam ad expensas in caussa
14 factas, ad † quas principalis fuit condemnat⁹, tanquam ad augmentum, & accessiones prouenientes ex meritis, vel demeritis caussæ principalis.

Sed cogita, ac aduerte: nam licet supradictæ formæ, traditæ per Angel. & alios, sint veræ ac prodesse possint, tamen hodie in Re-
15 gno communiter videmus practicari, † quod cautio hæc sub his verbis tantum concipitur, scilicet, *de stando iuri, ac soluendo quicquid fuerit iudicatum in præsenti caussa, &c.* & aliquandǫ credo eam varie concipi, prout caussæ subiectus, super qua interponitur, varius erit.

Quoad secundum, scilicet super quibus subiectis interponatur hæc fideiussio, dicamus, quod aut consideramus fideiussionem de iudicio sisti de per se, & iudicatum solui de per se,

per se, vel simul iunctas: si quamlibet de per se, & tunc fideiussio de iudicio sisti, seu de stando iuri, non cadit super subiecto, quando est habilitandus debitor carceratus, & cõdemnatus, vel condemnatus, qui duceretur ad carceres, sed tunc cadit cautio de soluendo iudicatum: & ratio est: nam cautio de stando iuri de per se non includit sententiam, sed lata sententia exspirat,† *vt est tex. not. & ibi omnes scrib. in l. gracè. §. & post litem, ff. de fideiuss.* & 16
proinde fideiussor non teneretur. Vnde Bal. *in c. delicti. col. 3. de appel.* monet iudices, ne relaxent carceratos sub dicta fideiussione de stando iuri tantum, *& per Bar. in l. consentaneum, C. quomodo, & quando iud. arg. tex. not. in leg. si pecunia, ff. vt in poss. leg.* sed † debet præstari cautio de soluendo iudicatum, *vt per Roman. singul. 142. incip. Vnus vult fideiubere, &c. & vide Carau. super Ritu 159. num. 5. & 6. ac decis. Boerii 314. quam Carau non allegauit.* Si vero consideramus cautionem iudicatum solui de per se, tunc aliqui voluerunt, sub hac cautione includi etiam de stando iuri, *vt per Alex. in leg. filiusfamilas, ff. qui satisdar. cog. Afflict. in d. constitut. dilat. numer. 46. & dixi late in d. glos. expensis.* 17

Sed quia ex vi verborum huius cautionis posset dubitari, si debitor suspectus de fuga captus, quando dedisset cautionem tantum de soluendo iudicatum, posset talis fideiussor conue-

conueniri ante sententiam, ideo Doctores di-
18 xerunt, † quod cautius erit vtramque coniungere, scilicet de stando iuri, & soluendo quicquid fuerit iudicatum, *vt per Bartol. & Paulum Castren. in l. neque impuberes, §. fin. ff. de in ius voc.* & ita iudicauit Sac. Consil. esse coniungendā dictam fideiussionem, *vt per Afflict. in decis. 170. & ibi Vrsillus, & doct. Bal. quam allegauimus ex d. c. dilecti.* Intellige sane in carceratis pro debito: nam in carceratis pro caussis criminalibus vtimur cautione de stando iuri tantum, vt statim dicemus.

Quoad tertium, scilicet an sint duæ, vel vna fideiussio? & dicas, quod aut loquimur in caussis ciuilibus, vel criminalibus. In ciuilibus (vt dixi) semper coniunguntur, *vt in d. decis. Afflict. 170. & Castr. in d. l. neque impuberes, §. fin.* & vnica præstatur fideiussio, licet ad di-
19 uersos effectus: illa enim de stando iuri, † ad finem, vt conuentus sistat in iudicio, & in iudicii exercitatione, *vt inquit tex. in d. l. gracè. §. & post litem, & Paris. de syndica. in vers. fideiussor. num. 6.* illa vero de soluendo iudicatum, ne sententia sit elusoria, & suum possit consequi effectum, scilicet exsecutionem, *arg. l. 1. & ibi glos. & d. l. iudicatum solui. la 2. ff. iud. sol.* Et idem erit obseruandum in caussis criminalibus, in quibus condemnatio esset ad pœnam pecuniariam tantum, seu in his, in quibus agitur principaliter de interesse partis: & in consequen-

quentiam de interesse fisci, vt in liquidatio-
nibus instrumentorum secundum Ritum
Mag. Curiæ 166. Sed in caussis criminalibus,
in quibus condemnatio † est ad pœnam cor- 20
poralem, cadit tantum cautio de iudicio sisti
seu de stando iuri, *vt per Afflict. in alleg. decis. 234.*
*& Boer. in d. decis. 314.* & repræsentatur sub illis
formis, quas supra declarauimus, in tertio,
quarto, quinto modo, & sequen. scilicet de
repræsentando toties quoties, vel ad omnem
requisitionem, vel aliter, *vt diximus in supradi-*
*ctis locis, & per Afflict. in decis. 3. & 130.*

Quoad quartum, & vltimum, scilicet circa
modum procedendi contra dictos fideiusso-
res, dicas, quod aut loqueris in fideiussoribus
contractus: & tunc non est nostra materia: &
si contractus non fuerit per publicum instru-
mentum liquidum, iuxta d. Ritum 166. non
procedetur contra fideiussores via exsecuti-
ua, sed ordinaria, † *vt per Bald. & alios, in d. l. fin.* 21
*§. & cum antiquitas. C. de vsu. rei iud. & in l. 2. § fi.*
*ff. qui satis. cog. & no. in c. 1. de iniur. & dam. da. lib.*
*6. Bart. in l. 1. ff. iud. sol. Hip. in d. Rub. q. 49. num.*
*348. in fin.* Sed si contractus erit per instru-
mentum liquidum, procedetur iuxta formam
d. Ritus 166. Aut loqueris in fideiussoribus
iudicii, prout est nostra materia, & tunc aut
in fideiussoribus obligatis penes acta Curiæ,
vel in obligatis per actum seu instrumentum
publicum, non in forma iudicii. Si in obliga-
tis hoc

tis hoc modo per instrumentum, distingue similiter, si per liquidum, vel non liquidum instrumentum. Omni tamen modo sunt citandi, requirendi, conuincendi, ac condemnandi: solum differentia erit in modo procedendi. Nam vbi instrumentum non erit liquidum, procedetur via ordinaria, vt supra ostendimus: Sed vbi liquidum, procedetur summarie, & exsecutiue iuxta formam allegat. Ritus 166. *& vide Andr. in Constit. edictorum. in fin. & ibi Afflict. in q. 12.* & practicam posuit Carau. *super Ritu 44. circa fin. & scrib. super c. Regni, incip. ab olim.* & nos posuimus & declarauimus sup. in tertio, quarto, & quinto mo-
22 do. † Si vero sumus in obligatis penes acta, prout hodie communiter obligantur, & supposuit etiam Bal. *in d. §. & cũ antiquitas*, subdistinguas, ꝙ aut sumus in, caussis criminalibus, in quibus condemnatio est ad pœnam corporalem, & cadit tantum cautio de iudicio sisti, seu de stando iuri, repræsentata sub illis modis fideiussionum supra declaratis, & tunc vide Practicam procedendi, quam posuimus in quolibet ex prædictis modis, quam hic non conuenit recensere: Vel in illis criminalibus, in quib⁹ venit condemnatio pœnæ pecuniariæ, & fuerit tantum capta fideiussio de stando iuri sub ijsdem formis de repræsentando, &c. & seruabitur eadem practica, vt citentur prius, & requirantur, vt nos latissime diximus, & probat Vrsill. *super d. decis. 234.*

Sed

Sed addamus hic; postquam fuit processum contra duos fideiussores, ad quid teneantur, an solum ad pœnam fisco debitam, vel etiam partis interesse? † De hoc est dec. Sac. Consil. 23
allegat. 234. vbi apparet, Sac. Consil. iudicasse, hunc fideiussorem teneri ad pœnam certã fisco promissam, ac ad partis interesse, licet quædam additio Thom. Gram. ad d.decis. dicat, post Magnam Curiam fuisse iudicatum contrarium: de cuius dubii dilucidatione nos fecimus principalem quæstionem, quæ est secunda, vt infra, vide eam. Sed nota ad dictam decis. 334. quod licet possit exsequi quoad pœnam, & quoad interesse, tamen non eodem modo exsequetur, nisi interesse sit etiam certum sicut pœna: sed si interesse non sit certum, tunc exsequetur pro pœna tantum, licet Sac. Consil. obseruauit, quod propter incertitudinem interesse, supersedit in exsecutione pœnæ, quæ erat certa, *vt per Gram. in decis. 95.* de qua dicemus infra in prima principali quæstione. Et quia hoc interesse necesse esset, quod certificaretur, seu liquidaretur post sententiam, quo casu fideiussor de stando iuri non teneretur, *vt supra diximus ex d.l.gracè, §.& post litem, ff.de fideiuss.* ideo credo, quod in practica seruent Criminalistæ, † quoad antequã ferunt sententiã diffinitiuã 24
in caussa, reducunt habilitatos, inquisitos sub dicta cautione de stãdo iuri, intus carceres, & deinde

deinde si pœna fuerit pecuniaria, ad quam inquisiti fuerint condemnati, & interesse partis liquidatum, eos non habilitant; quando à sententia appellauerint, nisi præstita cautione de parendo mandatis iudicis appellationis, & de soluendo quicquid fuerit per dictum iudicem iudicatum: & sic addunt hanc cautionem de soluendo iudicatum, alias primi fideiussores de iudicio sisti non tenerentur.

Hinc etiam credo, quod inoleuit practica,
25 † quod quando officialis steterit syndicatui, & fuerunt eidem factæ querelæ, & super eis lis contestata, quæ si ciuiles fuerint, licentiatur officialis præstita cautione de soluendo iudicatum, ac relicto procuratore instructo: alias si hæc cautio de nouo non fuisset data, & condemnatus venisset ad aliquam quantitatem, fideiussores de stando syndicatui, primo loco dati, non tenerentur, *vt dicemus plene infra in 14. modo.*

Aut sumus in caussis ciuilibus, in quibus mos est, coniunctim fideiubere, scilicet de stando iuri, & soluendo iudicatum: & tunc, si ex incuria fuerit tantum præstita cautio de
26 stando iuri, † ex quo fideiussor nõ tenetur, nisi vsque ad sententiam, vt supra diximus, si principalis in exercitatione iudicii non steterit, & pœna ac interesse fuerunt liquidæ, exsequetur statim absque alio libello, seu ordine iudiciario, sed solum præmissa citatione, vt

statim

ſtatim in fideiuſſore de iudicato ſol. dicemus, & ita tenet Bar. *in l. 1. num. 3. ff. iudic. ſol.* vbi duo ait requiri, † ſcilicet quod ſtipulatio habeat certam quantitatem, & liquidam, & quod ſit appoſita certa & determinata dies, *per tex. in l. ſancimus, C. de fideiuſſ.* Sed hanc Bart. doctrinam ego exiſtimo procedere in criminalibus cauſſis, quando hæc cautio repræſentatur ſub fideiuſſione de repræſentando ad certam pœnam, & ad certam diem: ſolet enim dici ſub fideiuſſione de ſtando iuri, & de ſe præſentando ſub pœna vnciarum tot, infra dies decem, vel finitis feriis, &c. vt deduximus ſupra *in modo 4. & 5.* & de hac ſimiliter loquitur Bal. *in l. qui crimen in 6. quæſt. C. qui accuſ. non poſ.* 27

Sed pone quod debitum non ſit liquidum, & debitor, ex quo eſt ſuſpectus, cogitur aſſecurare iudicium, ac dedit tantum cautionem de iudicio ſiſti, ſi principalis non ſteterit, quomodo exſequetur contra fideiuſſorem? Bald. *in d. l. 2. §. fin. ff. qui ſatiſd. cog.* dixit, quod reſpectu intereſſe petendi à fideiuſſore, vel pœnæ promiſſæ, hic fideiuſſor non patietur exſecutionem paratam. Cum enim nullo modo fuerit pronunciatum, non poterit eſſe exſecutio parata, & maxime in intereſſe, quod non eſt liquidum. Hæc ſunt verba Baldi. Sed Paulus de Caſtro dicit vnum ſatis not. *in eod. §. fin.* ſcilicet quod licet quoad quantitatem petitam,

contra fideiussorem hoc modo acceptum procedatur ordinarie per libellum, vt dixit Bal. & probat ille tex. tamen quoad actum sistendi procedi posset exsecutiue, iubendo ipsi q se stet, vel sistere faciat, *vt in l. eum ff. de in ius voc.* Quod dictum crederem in practica deduci

28 posse hoc modo, † vt facta publicatione, & conclusione in caussa. expediatur ante sententiam citatio contra fideiussorem & principalem, ad se præsentandum, & se standum in iudicio, vel ad dicendum caussam, quare non debeat accusari, & exsequi pro pœna, &c. Et si principalis non sistit, nec fideiussor comparuerit accusatis contumacijs, & pœna, exsequetur pro pœna ac etiam pro interesse partis quando esset liquidum: sed si esset illiquidum, tunc procedet opinio Bal. vt procedatur ad liquidationem interesse, ac condemnationem, citatis ac auditis principali & fideiussore, ordinarie, lite etiam contestata.

Sed aduerte: nam Bart. *in d. l. 1. ff. iud. sol.* di-

29 xit vnum mirab. vt hoc casu, † etiam quando pœna & interesse esset liquidum, possit exsequi contra fideiussorem, ac inquit, quod in ipsa exsecutione certificeabitur, ac declarabitur, sicut quando fertur sententia in vniuersalibus iudiciis, *vt in l. 1. ff. de eden.* vbi notat glos. 1. ac ponit exemplum in instrumentis guarentigiatis, & confessionatis, quæ merentur exsecutionem secundum formam statutorum

Italiæ

Italiæ. Tamen hæc Bart. doctrina sane intelligenda est, prout inquiunt Doct. † qui etiam 30
notauerunt in hoc Bartolum de contrarietate, per ea, quæ idem dixit *in dicta leg. 1. ff. de eden. & in l. 1. ff. de leg. 2.* vt refert Carauita, *super Ritu 167. post num. 18.* videlicet posse exsequi pro quantitate illiquida, prius tamen liquidata, & limitata, & in † hac liquidatione 31
est necessaria partis citatio, *vt per Bal. in l. per diuersas, C. mand. quæst. 10. & in l. 2. num. 2. C. de exsecut. rei iudic. & sequuntur Cauens. & Carau. super Ritu 181. in fin. & vide decis. in cons. 107. circa fin. & Roman. cons. 12. post num. 5.* Sicque concludendum est, fideiussorem in iudicio sisti hoc casu esse citandum, audiendum, & condemnandum, & deinde exsequendum.

Sed quia raro hic casus euenit, ex quo nunquam reperietur concepta fideiussio de iudicio sisti, absque cautione, & de soluendo iudicatum, idem videamus, quando vtraque simul iuncta, fuerit satisdatum. Et hoc casu omnes Doct. consentiunt, † procedi posse con- 32
tra fideiussoré vna exsecutiua absq; alio processu, *vt per Bar. Bald. Castren. & alios in d. l. 2. §. fin. ff. qui satisd. cog. & Bald in d. §. & cum antiquitas, & Bartol. in d. l. 1. ff. iud. sol. & dixi in alle. glos. expensis,* & ratio est, ex quo alias res abiret in infinitũ, vt per Bart. *in d. l. 1.* vbi etiam dicit, hoc casu nõ mandari exsecutioni sententiã latam contra principalé, sed bene stipulationé,

qua fideiussor est obligatus per sententiam
33 declaratam, & ob id dixerunt etiam, † hunc fideiussorem non esse citandum ad sententiã, *vt per Bal. in l. duobus, §. igitur si quis, ff. de iureiur. posuit Mar. par. 6. memb. 1. num. 32.* & in hoc omnes consentiunt, vt ante sententiam non sit citandus, & exsecutio facienda sit contra ipsum leuato velo, absque alio nouo processu & libello.

Sed dubium est, quid post sententiam, antequam exsequatur, nunquid statim accusabitur pœna fideiussionis, & exsequetur absque alia requisitione & citatione, sicque de modo hanc cautionem exsequendi? Bal. *in d. l. 2. §. fi. vers. responde quod bene*, videtur tenere, quod
34 requiratur caussæ cognitio, sed summaria, † non per modum libelli. Idem videtur tenere Bart. *in d. l. 1. post numer. 2.* ibi, dum dicit, tamen hoc examinabitur in illa summaria cognitione, quæ fit tempore exsecutionis: Hocque ego existimo verissimum, quicquid dixerit Hippol. *in d. rubrica, quæst. 49. num. 348.* dum allegat. glos. *in l. fin. C. de vsu. rei iud.* Nam vel per ipsum allegata intelligenda sunt ante sententiam, vel si post, de necessitate intelligi debent, secundũ practicam quam supra posuimus *in 11. modo*, vt scilicet lata sententia hic fideiussor sit requirendus mediante citatione cum inserta forma fideiussionis, ad dicendum caussam, quare cum fuerit iudicatum median-

mediante diffinitiua sententia contra T. pro tanta quantitate, non sit accusanda pœna, & exsequendum contra ipsum vigore dictæ fideiussionis præstitæ, ac inserere etiam formam sententiæ ad hoc, vt sciat quantitatem, ad quam principalis fuit condemnatus, hocq; ex natura, & forma † verborum ipsius fide- 35
iussionis de soluendo iudicatum, quę important, vt tunc teneatur, cum fuerit iudicatum? *vt in l.1. & ibi glos.ff. iudi. sol.* ad quod facit decis. Sacri Cons. per Afflict. 182. vbi contra fideiussorem de soluendo iud. non exsequi potuit, ex quo principalis non fuerat condemnatus, nec sententia transiuit in rem iudicatam. Hunc itaque actum sententiæ, & condemnationis probabiliter ignorare poterat ipse fideiussor: igitur erit citandus, & requirendus, *vt per Specul. in tit. de dolo, & contum. §. restat num. 25. pluries alleg.* Imo eodem modo contra ipsum est procedendum prout contra principalem, vt sententia ei intimetur, & mandatum de parendo notificetur, prout stylus curiæ requiret, vt dixi *in dict. modo 11.* imo plus audietur summarie in exceptionibus quas † forte contra principalem habebit, *vt* 36
*per Bart. & Bald. in locis supra alleg. & vide Vrsill. supra d. decis. 234.* vel etiam exceptiones contra creditorem seu actorem ex persona ipsius rei principalis, vel ipsiusmet fideiussoris, *vt per Sali. in l. 2. C. de vsur. rei iud. alleg. per Vrsill. in*

 *d. loco,*

*d. loco, & super decis. 182.* & inter alias opponere posset exceptionem excussionis, *vt per Bal. in alleg. §. cum antiquitas*, nisi fuerit renunciatum beneficio Authen. *præsente, C. de fideiusso. allegat.* nam tunc absque excussione exsequi posset contra fideiussorem, *vt per Dominum de Franchis in alleg. decis. 208. numer. 3. & 4.* quod etiam amplia, si hic fideiussor fuisset obligatus proprio nomine & in solidum: nam adhuc tanquam principalis esset requirendus, & ei esset intimandum mandatum de parendo, cum etiam principales hodie iurent in stipulatione dictarum fideiussionum, *vt per Carau. super Ritu 159. num. 9. & dixi supra modo 11. & per eundem D. de Franch. in d. decis.*

Quod tamen supra diximus, hunc fideiussorem non debere citari ante sententiam, *per doctrinam Bald. in d. §. igitur si quis.* intellige, dũmodo hic fideiussor non comparuisset, & ante sententiam, & opposuisset comparendo,
37 & contradicendo: nam tunc non valeret id, quod fieret eo non citato, nec sententia, *vt per eund. Bal. in d. §. igitur si quis. per text. in l. si pro lusorio, ff. de appel. & Vrsill. in d. decis. 182. num. 3. per Doct. Felyn. in c. quamuis. de re iud. nu. 16. &c.*

## MODVS XIII.

### SVMMARIVM.

1 *Fideiussor de parendo mandatis qui.*

2 *Fideiussio hæc concipi solet de stando iuri, & parendo mandatis.*

3 *Fide-*

3 Fideiußio prædicta differt, si fuerit concepta de stando iuri, & de parendo mandatis, vel de parendo mandatis tantum.
4 Fideiußio de parendo mandatis, an aßimiletur fideiußioni de repræsentando ad omnem iudicis voluntatem seu mandatum.
5 Per hanc fideiußionem de parendo mandatis an videatur quis renunciare fori declinatoriæ.
6 Fideiußio hæc quomodo in Practica deducatur.
7 Fideiußio hæc an duret post sententiam.
8 Verba de parendo mandatis sunt apta ad denotandum infinitatem.
9 Verba semper aliquid operari debent etiam si minimum.
10 Principale quando trahit ad se accessorium vel vel econtra.
11 Fideiussor de parendo mandatis sacri Consil. tempore relationis faciendæ per Magn. Curiam, quando teneatur, vel sit liberatus.
12 Fideiußio hæc de stando iuri, & de parendo mandatis, habet duas partes.
13 Fideiussor quando videatur in omnem caussam fideiußisse.
14 Mandatis quando dicetur fideiussor paruisse.
15 Fideiussor de parendo mandatis de repræsentando, & soluendo condemnationem, an principali per ipsum præsentato, teneatur ad aliam condemnationem.
16 Præsentare non sufficit, si non debito tempore, ad finem se liberandi.

17 *Promittens stare, & parere mandatis alicuius, videtur illum in arbitrum elegisse.*

DECIMVS tertius Modus fideiubendi sequitur, ac erit, quando quis fideiusserit
1 pro aliquo, † qui se obligauerat de parendo mandatis alicuius tribunalis seu iudicis, Cir-
2 ca quem est aduertendum: nam † si stipulatio concepta fuerit de stando iuri, & parendo mandatis, prout quotidie videmus seruari lata sententia, amplius fideiussor non tenetur, *vt dixit Bal. post Spec. in tit. de Reo. versic. sed quid si quis generaliter.* & ratio est secundum Bald. *ibi*, quia hæc de parendo mandatis venit accessorie ad promissionem, vnde non semper per ipsam satisdationem de iudicio sisti, debet parere mandatis, secundum naturam satisdationis, *vt in l. eum, ff. de in ius. voc.* & ibid. Bal. qui se remittit ad not. per Dynum *in l. continuus, §. si quis, ff. de verbo. obl.* Vnde ex his dictis Bal. ego
3 colligo, quod † si fideiussio fuisset tantum cōcepta sub verbis de parendo mandatis, absq; dubio etiam post sententiam fideiussor teneretur. Non enim tunc accessorie ad fideiussionem de iudicio sisti, sed principaliter de per se
4 staret, ac † assimilaretur fideiussioni de se præsentando, ad omnem iudicis voluntatem, seu quandocunque Curiæ placuerit, quæ etiam post sententiam durat, *vt per Bart. in l. si quis, ff. de cust. Reo. Hippol. in Rubr. de fideiuss. numer. 140.*

*Alex. in l. si finita, ff. de damno infect. in princ. cum simil. vt diximus supra in tertio modo.*

Præterea dum dicunt Doct. fideiussorem de repræsentando ad omne iudicis mandatum liberari per primam præsentationem, *vt per Paulum de Castr. in l. duobus, §. 1. ff. de iureiur. & Alex. in d. l. si finita, post num. 4. & Hippol. in alleg. Rubr. nu. 99.* non distingunt ante vel post sententiam: igitur nec nos, &c. Insuper Bald. & alii non negant hanc cautionem de parendo mandatis Curiæ esse pinguiorem ea, quæ de iudicio sisti: quod probant: nam † per hanc 5
de iudicio sisti non videtur quis fori declinatoriæ renunciare, sed per illam de parendo mandatis bene videtur renunciare, *vt dixit idem Bal. in d. add. ad Specul. de Reo. vers. solutio per simplicem, &c. sequitur Castr. in l. 1. num. 10. ff. si quis in ius voc. non. &c.* Igitur si idem contineret, non esset pinguior. *arg l. fin. C. de codic.* Debet itaque esse iudicis mandatum latissimum, sicut & eius officium, *l. 1 ff. de iuris. omn. iud. Spec. de offic. omn. iud. §. 1.* & pro nunc ego vidi aliquando practicari in Magna Curia † quod ci- 6
tati super tenore instrumenti, si ad euitandũ liquidationem porrigebant supplicationem in Sac. Cons. allegantes, non posse instrumentum liquidari, vel aliud, Sac. Cons. mandabat Magnæ Curiæ, quod præstita cautione per supplicantem de personaliter comparendo, tempore relationis, & parendo mandatis

Sac. Consil. relationem faceret, & facta relatione per commissarium caussæ in Sac. Consi. si Sac. Consil. iubeat procedi ad liquidationem instrumenti, & instrumentum liquidabitur, ac condemnabitur debitor, eius fideiussor prædicto modo acceptus tenebatur, si tempore relationis formiter dictum debitorem non repræsentasset: sicque hęc fideiussio de parendo mandatis etiam post sententiam durat, & vide Carau *super Ritu 166. in 4. not.* vbi ponit hanc fideiussionem, & obseruantiā Sac. Consil. Sed circa hoc mihi reserua meliorem deliberationem.

Demum, quod dicta fideiussio de parendo mandatis duret post sententiam, non obstante quod veniat accessorie ad fideiussionē † de
7 iudicio sisti, patet. Nam quod fideiussor de iudicio sisti non teneatur post sententiam, habemus legem, quæ hoc dicit, *vt d. l. grace, & post litem, ff. de fideiuss.* sed non habemus legem, quæ dicat, quod fideiussor de parendo mandatis non teneatur. Igitur nec nos dicere debemus, & intelligenda est, prout iacet. *arg. l. seruum quis, ff. de acq. hered. l. 3. §. fin. ff. de prauar. l. liberto, ff. largius, ff. de ann. leg. Hippol. consil. 53. num. 28. & cons. 71. num. 12.*

Sed hæc verba de parendo mandatis, prout
8 iacent, † sunt apta ad denotandum infinitatem, seu pluritatem, *arg. tex in l. si ita stipulatus à Seio, ff. de fideiuss. & eorum, quæ notat Alex. in d. l. si si-*

*l. si in finita, in princ.* ergo, &c. Coadiuuantur prædicta: nam si hæc verba, *de parendo mandatis*, continerent illud idem, quod verba, *de stando iuri*, nihil † penitus operarentur, & 9
omnino essent frustratoria, quod leges non permittunt. *vt in l. si quando, de leg. 1. c. si Papa, de priuil. in 6.* Bal. *in Rubr. de contra empt.* vbi dixit, ꝙ verba semper sunt interpretanda, vt aliquid operentur, etiam si esset minimum, exemplo Naturæ, quæ nihil agit frustra, *vt per Mant. sing. 47 incip. verba, & 127. incip. in ore omnium tex. in l. qui bis, ff. de verb. obl. Deci. cons. 509. num. 4. & consil. 47. num. 3. Alex. cons. 151. vol. 2.* hancque opinionem videtur sensisse Hippol. *in d. Rub. num. 62. cum seq.* vbi disputat, quod si fideiussor est obligatus principali nomine, an possit conueniri ante principalem? & concludit, quod sic, ex quo si secus esset, illa verba, quibus se fideiussor constituit principalem debitorem, nihil operentur, & esset actus frustratorius contra prædicta iura, ac alia ibi per eum alleg. quibus adde solenne consil. Crauettæ 272. maxime post num. 7.

Nec obstat dictum Bal. scilicet, quod hæc cautio venit accessorie, ad cautionem de iudicio sisti, quod principale trahat ad se accessorium, *vulg. iur.* Nam ibi Hippol. respondet, & optime, quod illud quod dicitur in *ca. accessorium, de reg. in 6. & in l. fi. C. de non nu. pec. cũ sim.* est verum, quando accessorium est æqualis condi-

10 conditionis, † & qualitatis cum principali: sed quando est potentioris, seu generalioris qualitatis, tunc attenditur accessorium relicto principali. Quod ipse probat: nam iuramentum, quod est accessorium ad contractũ, ex quo est maioris potentiæ, validat contractum nullum, *vt in c. cum contingat. de iureiur. & c. licet mulieres, eod. tit. in 6. cum similibus aliis, ibi per ipsum allega. sub num. 63. & faciunt dicta per Mant. in sing. 295. incip. multa possunt.* & idem Hippol. *in sing. 17. incip. accessorium.* vbi in fine videtur sibi ipsi contrarius.

Sed retenta prædicta practica per Caraui. relata *super d. Ritu 166. in 2. not.* quæri posset, quid si quis fideiussit de præsentando tempore relationis faciendæ, & de parendo man-
11 datis Sac. Cons. † ac tempore relationis præsentauit principalem, vtputa quia semper debitor principalis fuit præsens in defensione suæ caussæ, sed deinde cum Sacr. Cons. mandauerit procedi ad liquidationem instrumenti, ac fuerit processum, & liquidatum instrumentum, & condemnatus debitor, ac expeditæ literæ exsecutoriales, debitor aufugerit, an fideiussor prædicto modo datus teneatur? Prima facie videtur, quod hoc dubium decidi possit ex his, quæ supra diximus *in octauo modo*, videlicet, quod aut tempore relationis fideiussor repræsentauit formiter, & actus repræsentationis fuit scriptus, & sit liberatus:

Aut

Aut non repræsentauit formiter, nec iudex acceptauit actum repræsentationis, & tunc non sit liberatus: & faciunt not. per Afflict. *in decis. 130. & Ioan. Andr. in add. ad Spec. in tit. de accus. §. seq. post. nu. 17. in add. inci. Odofredus.* Sed adhuc dubitari posset, quod non sit liberatus, etiam si actus repręsentationis fuerit scriptus, & per iudicem receptus: nam hæc fideiussio æquiparatur fideiussioni de stando iuri, & de soluendo iudicatum: † & sic habet duas partes, sicut illa; vt de stando iuri, & de soluendo iudicatum, & hæc de stando iuri, & de parendo mandatis. Vnde licet per repræsentationem fuerit satisfactum vni partis satisdationis de stando iuri, tamen alteri parti, quæ continet de parendo mandatis, non videtur satisfactum, nec poterat satisfieri ante condemnationem, sicut fideiussio de iudicatum soluendo, quæ exsequi non potest ante iudicatum, *vt per Castr. in l. cum quaeretur, ff. iudic. sol. per l. 1. eod. titu. & vide Afflict. in decis. 182. nu. 3. & late diximus supra in modo 12.* 12

Præterea supradictus fideiussor sic datus videtur fideiussisse in omnem caussam † & casum, quo principalis teneatur, *arg. l. si seruum. §. nunc videamus, & l. mora rei, ff. de verb. oblig. & l. quæro. ff. loc. & in l. si quis pro eo, §. si numero. ff. de fideiuss. Crau. cons. 45. num. 6. & 272. num. 2. alleg.* Sed principalis proprie tenetur, quando post relationem fuerit condemnatus per 13

tus per Mag. Curiam. Ergo non sufficit repræsentasse tempore relationis, quo tempore non tenebatur soluere, & sic non erit liberatus fideiussor, nisi adimpleuerit post condemnationem, quo tempore debitor tenebatur. Insuper quando Sac. Conf. remisit simpliciter caussam Mag. Curiæ, videtur eidem mandasse, quod procederet ad liquidationem instrumenti, & debitoris condemnationẽ, ac exsecutionem, donec creditor fuerit integraliter satisfactus, *arg. tex. in l. si ex testam. in fin. & in l. si cum argentum. ff. de excep. rei iud. & in l. qualem. ff. de arbit. in princ, ac eorum quæ in simili posuit Crau. in d. cons. 45. nu. 5. & Pau. de Cast. in cons. 337. Primo quæritur, & cons. 356. incip. Primo vidẽdum est, & per Boer. in dec. 314.* Sed fideiussor se o-
14 bligauit parere mandatis Sac. Conf. † Igitur donec non fuerit satisfactus creditor, semper fideiussor tenebitur, nec erit liberatus, cum non dicetur paruisse mandatis Sac. Conf.

Sed in contrarium fortiter facit doctrina Ioan. And. *in addi. ad Spec. in titu. de fideiuss.* §. 1. *in finalibus verbis, in Addit. quæ incip. Illud etiam*
15 *quæritur, circa med.* vbi dicit, ꝙ † si quis fideiussit pro accusato in hunc modum, videlicet; stare mandatis potestatis, repræsentare, & condemnationem soluere, & fideiussor promisit in omnem caussam, fideiussor deinde repræsentauit accusatum, non tenetur ad aliam condemnationem soluendam, ex quo

repræ-

repræsentando satisfecit, & hanc dicit fuisse quæstionem Thomæ de Piperata vigore cuiusdam statuti, quam ibi multis medijs comprobasse obstendit, vide ibi per eum, & cogita. Licet in casu quæstionis nostræ dicerem, quod si eo tempore, quo fideiussor repræsentauit debitorem, Magn. Curia poterat debitorem detinere, & carcerare, ac ipsum detinuit, & carcerauit, si postea fuerit condemnatus, & aufugerit, fideiussor sit liberatus, *iuxta terminos allegat. decis. Sacri Consilij per Afflict. 130.* Secùs vero si non poterat detinere, nec carcerare: † Nã non sufficit repræsenta- 16
re, nisi debito tempore repræsentetur, ad finem, vt liberetur, *vt per Bal. in l. 3. C. qui accus. non poss. per text. in l. & si post tres, ff. si quis cau. & in l. scimus, C. de fideiuss. & vide Gram. in decis. 95. & vide infra in prima principali quæst. num. 6.* Et pro prima opinione firmata contra Bal. supra in princ. faciunt dicta per Doct. *in c. veniens de iureiur.* vbi dicunt, quod promittens stare, † 17
& parere mandatis alicuius, videtur illum eligere arbitrum, sicque supponitur sententia, *vt per Alexand. in l. 1. §. & post operis, in princ. ff. de de noui oper. nunc. & alios ibi, &c.*

MODVS XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio de stando syndicatui, vel de stando & parendo, differt.*

*2 Verbum,*

2 Verbum parere maiorem habet latitudinem.
3 Fideiussor de stando syndicatui, officiali licentiato post litem contestatam, an sit liberatus.
4 Fideiussor magistratus non tenetur, nisi ad id quod spospondcrit.
5 Fideiussor de stando, & parendo, quando liberatur, & officialis quando dicetur stetisse syndicatui ad finem liberandi fideiussorem.
6 Syndicatui stetisse ad finem, vt posit aliud gerere officium, quando quis dicetur.
7 Forma huius fideiussionis secundum Dominum Paridem de Puteo.
8 Verbum, de bene administrando, quid significet.
9 Practica cum cautela concipiendi dictā fideiussionem, ac licentiandi officialem post lectas querelas.
10 Officialis lectis querelis si decesserit absque decreto licentiæ syndicatorum, an licite, & dicetur stetisse syndicatui.
11 Vno concesso videntur omnia illa concessa, per quæ ad illud deuenitur.
12 Verba, protinus, illico, ipso iure, &c. an excludant sententiam.
13 Fideiussores officialis dati pro primo anno, an teneantur pro anno sequenti.
14 Intelligentia ad tex. in l. si cum Hermes, C. loc. ac etiam num. 16.
15 Pignorum appellatione an veniant fideiussores.
17 Opinio noua authoris circa hanc quæstionem de officiali refirmato.

18 *Practica procedendi contra dictos fideiussores.*
19 *Sententia lata contra officialem in syndicatu, an hodie exsecutioni mandetur, etiam si transitum non fecerit in rem iudicatam.*
20 *Fideiussor de stando syndicatui, &c. an conueniri possit non excusso principali, etiamsi renunciauerit beneficio, &c.*

EST etiam decimus quartus Modus fideiubendi, vt quando quis pro aliquo magistratu seu officiali fideiussit, de stando syndicatui, vel de parendo syndicatui, &c. Et circa hunc † modum, quatenus pertinet ad formam concipiendi fideiussionem hanc, differre existimo, si in fideiussione dicatur de stando syndicatui tantum, vel dicatur de stando, & parendo. Nam illud verbum, *parere*, habet maiorem latitudinem, & cum sit positum in fideiussione, necesse est, quod aliquid † operari debeat, vltra verbum, *de stando*, ne sit inutile & frustratorium, vt late diximus *sup. in proximo superiori modo 13.* Et ego in facti contigentia defendi fideiussorem, qui fideiusserat de stãdo syndicatui, non autẽ dicebatur de parendo, & officialis steterat syndicatui: nam post terminum ad porrigendum fuerunt lectæ querelæ, & lite contestata, † ex quo querelæ erant ciuiles, licentiatus relicto procuratore instructo, discessit, *iuxta dispositionem textus in l. 1. §. quod si intra. C. vt omnes iud. & c. reg.*
1
2
3

*incip. item statuimus, & ibi scrib. & doctri. Paridis de Puteo de syndi. in ver. Procurator.* & cum fuerit processum cum dicto procuratore, officialis fuit demum condemnatus ad quandam quantitatem pecuniæ restituendam. Querulantes volebant exsequi sententiam contra fideiussorem, vti forte de soluendo iudicatum, defendi, (vt dixi) non esse molestandum dictum fideiussorem pro dicta quantitate iudicata, ex quo tantum fideiusserat de stando syndicatui quæ per sententiam exspirabat, sicut fideiussio de stando iuri, *vt in l. Gracè, §. & post litem, ff. de fideiuss. & per Parid. in terminis syndic. in ver. fideiussor, num. 5.* & ita obtinui. Pro qua opinione adducebam etiam tex. *in l. fideiussor Magistr. ff. de fideiuss.* dicentem, Magistratuum fideiussores non teneri nisi ad id quod
4 spospondcrint, † & ibi dixit Bart. quod propterea hodie hæ fideiussiones magis large concipiuntur, vt scilicet promittant interesse ac pœnam, & omnem condemnationem, *& faciunt dicta per eund. in l. 1. C. de peric. eorum qui pro Magistr. libr. 11. ac per Parid. in d. ver. fideiussor, cap. 2. num. 11.*

5 Dicebam tamen, quod si fideiussio † concepta fuerit de stando, & parendo syndicatui, tunc fideiussor teneretur post sententiam propter illud verbum, *de parendo*, quod alterabat cautionē de stando, & erat maioris potentiæ, & magis latum, *vt probatur ex his quæ late*

*diximus*

*diximus sup. in 13. modo:* Tunc enim vere paruisse syndicatui quis dicetur, cum vel sententia contra officialem in caussa syndicatus lata, suã habuerit exsecutionem, *vt per Bart. in l. defendere, ff. de auth. tut. & in l. à diuo Pio, §. in venditione, nu. 3. ff. de re iud. & Afflict. in const. Dilationes. post nu. 27.* dũ prædictæ authoritates loquuntur de mandato de parendo: vel officialis habuerit literas liberatoriales, *vt per Carau. sup. Ritu 295. nu. 13. in 5. not.* licet illud dictũ Carau. ibi procedat, quoad officiũ de nouo exercendum, † 6 vt possit admitti, *vt dicit ille Ritus, & ibid. Carau. nu. 8. not. 4.* secus vero quoad liberandum fideiussorem: nã sufficiet, quod condemnationẽ exsoluerit, vel per sententiæ exsecutionẽ, vel aliter. Tamen quidã magnus Doct. Auditor Prouinciæ, in qua obtinuit sententiã in fauorem fideiussoris, mihi dixit, quod ipse non faciebat vim, si in fideiussione dictũ fuerit etiam de parendo, & licet nihil allegauerit, tamen credo hoc dixisse per doctrinam Bal. *in add. ad Spec. in tit. de Reo, vers. sed quid si quis generaliter, &c.* quam adduximus supra *in 13. modo in princ.*

Dicebat etiam Paris *in d. versic. fideiussor, post num. 5.* hodie in regno omnes † Officiales, 7 Capitaneos, & Iustitiarios præstare fideiussores de bene administrãdo, & de stando ad syndicatum finita administratione, quæ erit noua forma fideiussionis, hocq; casu etiam crederẽ, fideiussorem teneri post condemnationem

propter illud verbum, *de bene administrando:*
8 nam Officialis qui condemnabitur, † non censetur bene administrasse, sicque videtur stipulatio commissa in omnem casum respectu administrationis, *vt optime probant tex. in leg. amiss. §. fidei. & in l. si quis pro eo. §. si nummos, ff. de fideiuss. cum simil. quæ supra reportauimus in modo 13.*

Aduertant itaque actuarii recipientes, ac stipulantes Magistratuum fideiussiones, in eis inserere nedum de stando, sed etiam de parendo syndicatui, & de bene administrando, & ad euitandum omne dubium † addant,
9 *& de soluendo iudicatum*: ac consulo, quando officialis, lectis querelis, ac super eis lite contestata, cum fuerint ciuiles, petierit licentiati procuratore instructo relicto, *vt in d. l. 1. C. vt omnes offic. & in c. Regni, Item statuimus, &c.* illum non admitti, nec licentiari per syndicatores, nisi de nouo præstita alia cautione de stando iuri, & soluendo iudicatum, vt etiam videtur sentire Paris *in alleg. ver. Procurator, in fin.* nam alias si absque alia cautione ipsum licentiarent, fideiussores dati de stando syndicatui post sententiam non tenerentur, vt supra probauimus. Et hoc ego defendebam etiam, quando officialis non fuisset licentiatus per decretum syndicatorum, sed lectis querelis ac lite contestata, ex quo ciuiles, fuisset admissus ad relinquendum procuratorem in-

rem instructum, cum quo procuratore syndicatores processissent: † nam tunc viderentur 10 tacite decretasse, quod licuisset discedere. Primo ex regula vulg. quod qui vult consequens, videtur velle necessarium antecedens, *vt in l. ad rem mob. ff. de procu. & l. 2. ff. de iuri. omn. iud. cum simil. vul.* & † vno concesso videantur con- 11 cessa omnia illa per quæ ad illud deuenitur, *vt eisdem iuribus, & aliis alleg per Hippol. in singu. 175. incip. concesso vno, & in pract. §. vltima q. nu. 37.* Secundo quia ille tex. *in d. l. 1. C. vt omnes iud.* non requirit decretum, sed tantum dicit, quod in caussis ciuilibus protinus relicto procuratore habeat licentiam discedendi, & quãdo lex vtitur his verbis, *protinus, omnino, prorsus, ipso iure, &c.* † non requirit sententiam, 12 seu decretum, *vt per infinitas auth. attendit Hip. in d. Pract. §. aggredior. num. 123.* & *faciunt dicta per Dec. in cons. 146. num. 8. & Crau. cons. 211. nu. 3.*

Sed quid si officialis, qui vno anno administrauit, reformabitur pro alio anno, † an 13 fideiussores, dati in principio officii primi anni, teneantur etiã pro sequenti anno? Bal. *in l. si cum Hermes. C. loc.* & Ang. *in l. legem, eo. tit.* dixerunt, simpliciter fideiussores non teneri pro anno refirmato: refert Hippol. sequens prædictos *in d. rubri. de fideius. q. 8. num. 94.* ac sequitur Cara. *super Ritu alleg. 295. numer. 20. versic. 3. quæro.* omnes prædictos referens, & per Parid. *in d. vers. fideiussor, post num. 9. versi. an*

17 *Promittens stare, & parere mandatis alicuius, videtur illum in arbitrum elegisse.*

DECIMVS tertius Modus fideiubendi sequitur, ac erit, quando quis fideiusserit
1 pro aliquo, † qui se obligauerat de parendo mandatis alicuius tribunalis seu iudicis, Cir-
2 ca quem est aduertendum: nam † si stipulatio concepta fuerit de stando iuri, & parendo mandatis, prout quotidie videmus seruari lata sententia, amplius fideiussor non tenetur, *vt dixit Bal. post Spec. in tit. de Reo. versic. sed quid si quis generaliter.* & ratio est secundum Bald. *ibi*, quia hæc de parendo mandatis venit accessorie ad promissionem, vnde non semper per ipsam satisdationem de iudicio sisti, debet parere mandatis, secundum naturam satisdationis, *vt in l. eum, ff. de in ius. voc.* & ibid. Bal. qui se remittit ad not. per Dynum *in l. continuus, §. si quis, ff. de verbo. obl.* Vnde ex his dictis Bal. ego
3 colligo, quod † si fideiussio fuisset tantum cócepta sub verbis de parendo mandatis, absq; dubio etiam post sententiam fideiussor teneretur. Non enim tunc accessorie ad fideiussionem de iudicio sisti, sed principaliter de per se
4 staret, ac † assimilaretur fideiussioni de se pręsentando, ad omnem iudicis voluntatem, seu quandocunque Curiæ placuerit, quæ etiam post sententiam durat, *vt per Bart. in l. si quis, ff. de cust. Reo. Hippol. in Rubr. de fideiuss. numer. 140.*

Alex.

*Alex. in l. si finita, ff. de damno infect. in princ. cum simil. vt diximus supra in tertio modo.*

Præterea dum dicunt Doct. fideiussorem de repræsentando ad omne iudicis mandatum liberari per primam præsentationem, *vt per Paulum de Castr. in l. duobus, §. 1. ff. de iureiur. & Alex. in d. l. si finita, post num. 4. & Hippol. in alleg. Rubr. nu. 99.* non distinguunt ante vel post sententiam: igitur nec nos, &c. Insuper Bald. & alii non negant hanc cautionem de parendo mandatis Curiæ esse pinguiorem ea, quæ de iudicio sisti: quod probant: nam † per hanc 5 de iudicio sisti non videtur quis fori declinatoriæ renunciare, sed per illam de parendo mandatis bene videtur renunciare, *vt dixit idem Bal. in d. add. ad Specul. de Reo. vers. solutio per simplicem, &c. sequitur Castr. in l. 1. num. 10. ff. si quis in ius voc. non. &c.* Igitur si idem contineret, non esset pinguior. *arg. l. fin. C. de codic.* Debet itaque esse iudicis mandatum latissimum, sicut & eius officium, *l. 1. ff. de iurisd. omn. iud. Spec. de offic. omn. iud. §. 1.* & pro nunc ego vidi aliquando practicari in Magna Curia † quod ci- 6 tati super tenore instrumenti, si ad euitandũ liquidationem porrigebant supplicationem in Sac. Consi. allegantes, non posse instrumentum liquidari, vel aliud, Sac. Cons. mandabat Magnæ Curiæ, quod præstita cautione per supplicantem de personaliter comparendo, tempore relationis, & parendo mandatis

Sac. Consil. relationem faceret, & facta relatione per commissarium caussæ in Sac. Consi. si Sac. Consil. iubeat procedi ad liquidationem instrumenti, & instrumentum liquidabitur, ac condemnabitur debitor, eius fideiussor prædicto modo acceptus tenebatur, si tempore relationis formiter dictum debitorem non repræsentasset: sicque hęc fideiussio de parendo mandatis etiam post sententiam durat, & vide Carau *super Ritu 166. in 4. not.* vbi ponit hanc fideiussionem, & obseruantiã Sac. Consil. Sed circa hoc mihi reserua meliorem deliberationem.

Demum, quod dicta fideiussio de parendo mandatis duret post sententiam, non obstante quod veniat accessorie ad fideiussionẽ † de
7 iudicio sisti, patet. Nam quod fideiussor de iudicio sisti non teneatur post sententiam, habemus legem, quæ hoc dicit, *vt d. l. grace, & post litem, ff. de fideiuss.* sed non habemus legem, quæ dicat, quod fideiussor de parendo mandatis non teneatur. Igitur nec nos dicere debemus, & intelligenda est, prout iacet. *arg. l. seruum quis, ff. de acq. hered. l. 3. §. fin. ff. de prauar. l. liberto, ff. largius, ff. de ann. leg. Hippol. consil. 53. num. 28. & cons. 71. num. 12.*

Sed hæc verba de parendo mandatis, prout
8 iacent, † sunt apta ad denotandum infinitatem, seu pluritatem, *arg. tex in l. si ita stipulatus à Seio, ff. de fideiuss. & eorum, quæ notat Alex. in d. l. si si-*

*l. si in finita, in princ.* ergo, &c. Coadiuuantur prædicta: nam si hæc verba, *de parendo mandatis*, continerent illud idem, quod verba, *de stando iuri*, nihil † penitus operarentur, & 9
omnino essent frustratoria, quod leges non permittunt. *vt in l. si quando, de leg. 1. c. si Papa, de priuil. in 6.* Bal. *in Rubr. de contra empt.* vbi dixit, ꝙ verba semper sunt interpretanda, vt aliquid operentur, etiam si esset minimum, exemplo Naturæ, quæ nihil agit frustra, *vt per Mant. sing. 47 incip. verba, & 127. incip. in ore omnium tex. in l. qui bis, ff. de verb. obl. Deci. cons. 509. num. 4. & consil. 47. num. 3. Alex. cons. 151. vol. 2.* hancque opinionem videtur sensisse Hippol. *in d. Rub. num. 62. cum seq.* vbi disputat, quod si fideiussor est obligatus principali nomine, an possit conueniri ante principalem? & concludit, quod sic, ex quo si secus esset, illa verba, quibus se fideiussor constituit principalem debitorem, nihil operentur, & esset actus frustratorius contra prædicta iura, ac alia ibi per eum alleg. quibus adde solenne consil. Crauettæ 272. maxime post num. 7.

Nec obstat dictum Bal. scilicet, quod hæc cautio venit accessorie, ad cautionem de iudicio sisti, quod principale trahat ad se accessorum, *vulg. iur.* Nam ibi Hippol. respondet, & optime, quod illud quod dicitur in *ca. accessorium, de reg. in 6. & in l. fi. C. de non nu. pec. cũ sim.* est verum, quando accessorium est æqualis condi-

10 conditionis, † & qualitatis cum principali: sed quando est potentioris, seu generalioris qualitatis, tunc attenditur accessorium relicto principali. Quod ipse probat: nam iuramentum, quod est accessorium ad contractũ, ex quo est maioris potentiæ, validat contractum nullum, *vt in c. cum contingat. de iureiur. & c. licet mulieres, eod. tit. in 6. cum similibus aliis, ibi per ipsum allega. sub num. 63. & faciunt dicta per Mant. in sing. 295 incip. multa possunt.* & idem Hippol. *in sing. 17. incip. accessorium.* vbi in fine videtur sibi ipsi contrarius.

Sed retenta prædicta practica per Caraui. relata *super d. Ritu 166. in 2. not.* quæri posset, quid si quis fideiussit de præsentando tempore relationis faciendæ, & de parendo man-
11 datis Sac. Conf. † ac tempore relationis præsentauit principalem, vtputa quia semper debitor principalis fuit præsens in defensione suæ caussæ, sed deinde cum Sacr. Conf. mandauerit procedi ad liquidationem instrumenti, ac fuerit processum, & liquidatum instrumentum, & condemnatus debitor, ac expeditæ literæ exsecutoriales, debitor aufugerit, an fideiussor prædicto modo datus teneatur? Prima facie videtur, quod hoc dubium decidi possit ex his, quæ supra diximus *in octauo modo*, videlicet, quod aut tempore relationis fideiussor repræsentauit formiter, & actus repræsentationis fuit scriptus, & sit liberatus:

Aut non repræſentauit formiter, nec iudex acceptauit actum repræſentationis, & tunc non ſit liberatus: & faciunt not. per Afflict. *in deciſ.130. & Ioan. Andr. in add. ad Spec. in tit. de accuſ. §. ſeq. poſt. nu. 17. in add. inci. Odofredus.* Sed adhuc dubitari poſſet, quod non ſit liberatus, etiam ſi actus repręſentationis fuerit ſcriptus, & per iudicem receptus: nam hæc fideiuſſio æquiparatur fideiuſſioni de ſtando iuri, & de ſoluendo iudicatum: † & ſic habet duas partes, ſicut illa; vt de ſtando iuri, & de ſoluendo iudicatum, & hæc de ſtando iuri, & de parendo mandatis. Vnde licet per repræſentationem fuerit ſatisfactum vni partis ſatiſdationis de ſtando iuri, tamen alteri parti, quæ continet de parendo mandatis, non videtur ſatisfactum, nec poterat ſatisfieri ante condemnationem, ſicut fideiuſſio de iudicatum ſoluendo, quæ exſequi non poteſt ante iudicatum, *vt per Caſtr. in l. cum quæretur, ff. iudic. ſol. per l. 1. eod. titu. & vide Afflict. in deciſ. 182. nu. 3. & late diximus ſupra in modo 12.* 12

Præterea ſupradictus fideiuſſor ſic datus videtur fideiuſſiſſe in omnem cauſſam † & caſum, quo principalis teneatur, *arg. l. ſi ſeruum. §. nunc videamus, & l. mora rei, ff. de verb. oblig. & l. quæro. ff. loc. & in l. ſi quis pro eo, §. ſi numero. ff. de fideiuſſ. Crau. conſ. 45. num. 6. & 272. num. 2. alleg.* Sed principalis proprie tenetur, quando poſt relationem fuerit condemnatus per 13

tus per Mag. Curiam. Ergo non sufficit repræsentasse tempore relationis, quo tempore non tenebatur soluere, & sic non erit liberatus fideiussor, nisi adimpleuerit post condemnationem, quo tempore debitor tenebatur. Insuper quando Sac. Consi. remisit simpliciter caussam Mag. Curiæ, videtur eidem mandasse, quod procederet ad liquidationem instrumenti, & debitoris condemnationẽ, ac exsecutionem, donec creditor fuerit integraliter satisfactus, *arg. tex. in l. si ex testam. in fin. & in l. si cum argentum. ff. de excep. rei iud. & in l. qualem. ff. de arbit. in princ, ac eorum quæ in simili posuit Crau. in d. cons. 45. nu. 5. & Pau. de Cast. in cons. 337. Primo quæritur, & cons. 356. incip. Primo videdum est, & per Boer. in dec. 314.* Sed fideiussor se o-
14 bligauit parere mandatis Sac. Consi. † Igitur donec non fuerit satisfactus creditor, semper fideiussor tenebitur, nec erit liberatus, cum non dicetur paruisse mandatis Sac. Consi.

Sed in contrarium fortiter facit doctrina Ioan. And. *in addi. ad Spec. in titu. de fideiuss. §. 1. in finalibus verbis, in Addit. quæ incip. Illud etiam*
15 *quæritur, circa med.* vbi dicit, ꝙ † si quis fideiussit pro accusato in hunc modum videlicet; stare mandatis potestatis, repræsentare, & condemnationem soluere, & fideiussor promisit in omnem caussam, fideiussor deinde repræsentauit accusatum, non tenetur ad aliam condemnationem soluendam, ex quo

repræ-

repræsentando satisfecit, & hanc dicit fuisse quæstionem Thomæ de Piperata vigore cuiusdam statuti, quam ibi multis medijs comprobasse obstendit, vide ibi per eum, & cogita. Licet in casu quæstionis nostræ diceerem, quod si eo tempore, quo fideiussor repræsentauit debitorem, Magn. Curia poterat debitorem detinere, & carcerare, ac ipsum detinuit, & carcerauit, si postea fuerit condemnatus, & aufugerit, fideiussor sit liberatus, *iuxta terminos allegat. decis. Sacri Consilij per Afflict.* 130. Secus vero si non poterat detinere, nec carcerare: † Nã non sufficit repræsentare, nisi debito tempore repræsentetur, ad 16
finem, vt liberetur, *vt per Bal. in l. 3. C. qui accus. non poss. per text. in l. & si post tres, ff. si quis cau. & in l. scimus, C. de fideiuss. & vide Gram. in decis. 95. & vide infra in prima principali quæst. num. 6.* Et pro prima opinione firmata contra Bal. supra in princ. faciunt dicta per Doct. *in c. veniens de iureiur.* vbi dicunt, quod promittens stare, † 17
& parere mandatis alicuius, videtur illum eligere arbitrum, sicque supponitur sententia, *vt per Alexand. in l. 1. §. & post operis, in princ. ff. de de noui oper. nunc. & alios ibi, &c.*

MODVS XIIII.

SVMMARIVM.

*1 Fideiußio de stando syndicatui, vel de stando & parendo, differt.*

*2 Verbum,*

2 Verbum parere maiorem habet latitudinem.
3 Fideiussor de stando syndicatui, officiali licentiato post litem contestatam, an sit liberatus.
4 Fideiussor magistratus non tenetur, nisi ad id quod sposponderit.
5 Fideiussor de stando, & parendo, quando liberatur, & officialis quando dicetur stetisse syndicatui ad finem liberandi fideiussorem.
6 Syndicatui stetisse ad finem, vt posit aliud gerere officium, quando quis dicetur.
7 Forma huius fideiußionis secundum Dominum Paridem de Puteo.
8 Verbum, de bene administrando, quid significet.
9 Practica cum cautela concipiendi dictā fideiußionem, ac licentiandi officialem post lectas querelas.
10 Officialis lectis querelis si decesserit absque decreto licentiæ syndicatorum, an licite, & dicetur stetisse syndicatui.
11 Vno concesso videntur omnia illa concessa, per quæ ad illud deuenitur.
12 Verba, protinus, illico, ipso iure, &c. an excludant sententiam.
13 Fideiussores officialis dati pro primo anno, an teneantur pro anno sequenti.
14 Intelligentia ad tex. in l. si cum Hermes, C. loc. ac etiam num. 16.
15 Pignorum appellatione an veniant fideiussores.
17 Opinio noua authoris circa hanc quæstionem de officiali refirmato.

18 *Practica procedendi contra dictos fideiussores.*
19 *Sententia lata contra officialem in syndicatu, an hodie exsecutioni mandetur, etiam si transitum non fecerit in rem iudicatam.*
20 *Fideiussor de stando syndicatui, &c. an conueniri possit non excusso principali, etiamsi renunciauerit beneficio, &c.*

EST etiam decimus quartus Modus fideiubendi, vt quando quis pro aliquo magistratu seu officiali fideiussit, de stando syndicatui, vel de parendo syndicatui, &c. Et circa hunc † modum, quatenus pertinet ad formam concipiendi fideiussionem hanc, differre existimo, si in fideiussione dicatur de stando syndicatui tantum, vel dicatur de stando, & parendo. Nam illud verbum, *parere*, habet maiorem latitudinem, & cum sit positum in fideiussione, necesse est, quod aliquid † operari debeat, vltra verbum, *de stando*, ne sit inutile & frustratorium, vt late diximus *sup. in proximo superiori modo 13.* Et ego in facti contigentia defendi fideiussorem, qui fideiusserat de stãdo syndicatui, non autẽ dicebatur de parendo, & officialis steterat syndicatui: nam post terminum ad porrigendum fuerunt lectæ querelæ, & lite contestata, † ex quo querelæ erant ciuiles, licentiatus relicto procuratore instructo, discessit, *iuxta dispositionem textus in l. 1. §. quod si intra. C. vt omnes iud. & c. reg.*

*incip. item statuimus, & ibi scrib. & doctri. Paridis de Puteo de syndi. in ver. Procurator.* & cum fuerit processum cum dicto procuratore, officialis fuit demum condemnatus ad quandam quantitatem pecuniæ restituendam. Querulantes volebant exsequi sententiam contra fideiussorem, vti forte de soluendo iudicatum, defendi, (vt dixi) non esse molestandum dictum fideiussorem pro dicta quantitate iudicata, ex quo tantum fideiusserat de stando syndicatui quæ per sententiam exspirabat, sicut fideiussio de stando iuri, *vt in l. Gracè, §. & post litem, ff. de fideiuss. & per Parid. in terminis syndic. in ver. fideiussor, num. 5.* & ita obtinui. Pro qua opinione adducebam etiam tex. *in l. fideiussor Magistr. ff. de fideiuss.* dicentem, Magistratuum fideiussores non teneri nisi ad id quod
4 spoponderint, † & ibi dixit Bart. quod propterea hodie hæ fideiussiones magis large concipiuntur, vt scilicet promittant interesse ac pœnam, & omnem condemnationem, *& faciunt dicta per eund. in l. 1. C. de peric. eorum qui pro Magistr. libr. 11. ac per Parid. in d. ver. fideiussor, cap. 2. num. 11.*

5 Dicebam tamen, quod si fideiussio † concepta fuerit de stando, & parendo syndicatui, tunc fideiussor teneretur post sententiam propter illud verbum, *de parendo*, quod alterabat cautioné de stando, & erat maioris potentiæ, & magis latum, *vt probatur ex his quæ late*

*diximus*

*diximus sup. in 13. modo:* Tunc enim vere paruisse syndicatui quis dicetur, cum vel sententia contra officialem in caussa syndicatus lata, suã habuerit exsecutionem, *vt per Bart. in l. defendere, ff. de auth. tut. & in l. à diuo Pio, §. in venditione, nu. 3. ff. de re iud. & Afflict. in const. Dilationes. post nu. 27.* dũ prædictæ authoritates loquuntur de mandato de parendo; vel officialis habuerit literas liberatoriales, *vt per Carau. sup. Ritu 295. nu. 13. in 5. not.* licet illud dictũ Carau. ibi procedat, quoad officiũ de nouo exercendum, † 6
vt possit admitti, *vt dicit ille Ritus. & ibid. Carau. nu. 8. not. 4.* secus vero quoad liberandum fideiussorem: nã sufficiet, quod condemnationẽ exsoluerit, vel per sententiæ exsecutionẽ, vel aliter. Tamen quidã magnus Doct. Auditor Prouinciæ, in qua obtinuit sententiã in fauorem fideiussoris, mihi dixit, quod ipse non faciebat vim, si in fideiussione dictũ fuerit etiam de parendo, & licet nihil allegauerit, tamen credo hoc dixisse per doctrinam Bal. *in add. ad Spec. in tit. de Reo, vers. sed quid si quis generaliter, &c.* quam adduximus supra *in 13. modo in princ.*

Dicebat etiam Paris *in d. versic. fideiussor, post num. 5.* hodie in regno omnes † Officiales, 7
Capitaneos, & Iustitiarios præstare fideiussores de bene administrãdo, & de stando ad syndicatum finita administratione, quæ erit noua forma fideiussionis, hocq; casu etiam crederẽ, fideiussorem teneri post condemnationem

propter illud verbum, *de bene administrando:*
8 nam Officialis qui condemnabitur, † non censetur bene administrasse, sicque videtur stipulatio commissa in omnem casum respectu administrationis, *vt optime probant tex. in leg. amiss. §. fidei. & in l. si quis pro eo. §. si nummos, ff. de fideiuss. cum simil. quæ supra reportauimus in modo 13.*

Aduertant itaque actuarii recipientes, ac stipulantes Magistratuum fideiussiones, in eis inserere nedum de stando, sed etiam de parendo syndicatui, & de bene administrando, & ad euitandum omne dubium † addant,
9 *& de soluendo iudicatum*: ac consulo, quando officialis, lectis querelis, ac super eis lite contestata, cum fuerint ciuiles, petierit licentiati procuratore instructo relicto, *vt in d. l. 1. C. vt omnes offic. & in c. Regni, Item statuimus, &c.* illum non admitti, nec licentiari per syndicatores, nisi de nouo præstita alia cautione de stando iuri, & soluendo iudicatum, vt etiam videtur sentire Paris *in alleg. ver. Procurator, in fin.* nam alias si absque alia cautione ipsum licentiarent, fideiussores dati de stando syndicatui post sententiam non tenerentur, vt supra probauimus. Et hoc ego defendebam etiam, quando officialis non fuisset licentiatus per decretum syndicatorum, sed lectis querelis ac lite contestata, ex quo ciuiles, fuisset admissus ad relinquendum procuratorem in-

rem instructum, cum quo procuratore syndicatores processissent: † nam tunc viderentur 10 tacite decretasse, quod licuisset discedere Primo ex regula vulg. quod qui vult consequens, videtur velle necessarium antecedens, *vt in l. ad rem mob. ff. de procu. & l. 2. ff. de iuri. omn. iud. cum simil. vul.* & † vno concesso videantur con- 11 cessa omnia illa per quæ ad illud deuenitur, *vt eisdem iuribus, & aliis alleg per Hippol. in singu. 175. incip. concesso vno, & in pract. §. vltima q. nu. 37.* Secundo quia ille tex. *in d. l. 1. C. vt omnes iud.* non requirit decretum, sed tantum dicit, quod in caussis ciuilibus protinus relicto procuratore habeat licentiam discedendi, & quādo lex vtitur his verbis, *protinus, omnino, prorsus, ipso iure, &c.* † non requirit sententiam, 12 seu decretum, *vt per infinitas auth. attendit Hip. in d. Pract. §. aggredior. num. 123.* & *faciunt dicta per Dec. in cons. 146. num. 8. & Crau. cons. 211. nu. 3.*

Sed quid si officialis, qui vno anno administrauit, reformabitur pro alio anno, † an 13 fideiussores, dati in principio officii primi anni, teneantur etiā pro sequenti anno? Bal. *in l. si cum Hermes. C. loc.* & Ang. *in l. legem, eo. tit.* dixerunt, simpliciter fideiussores non teneri pro anno refirmato: refert Hippol. sequens prædictos *in d. rubri. de fideius. q. 8. num. 94.* ac sequitur Cara. *super Ritu alleg. 295. numer. 20. versic. 3. quæro.* omnes prædictos referens, & per Parid. *in d. vers. fideiussor, post num. 9. versi. an*

*si officiales, & in c. 3. post nu. 14. ver. an fideiussor.* tenentem hanc eandem opinionem, & cum Cara. non allegauit.

Sed aduerte: nam præfati Doctor. hanc opinionem tenent, præcipue per tex. *in d. l. si cū*
14 *Hermes*, quem text. † ego intelligo prout etiam dixi sup. *in modo 8. nu. 30.* & ideo fideiussores nō sunt obligati in secunda reconductione, ex quo prorogationi temporis nō consenserunt, nec reconductioni, sed expresse dissenserunt, dum tex. ibi dicit, *si non consensisti, sed cautionem tibi reddi postulasti, &c.* sicq; expresse dixerunt nolle teneri, alias in tacita reconductione durarent obligationes & pignora, *vt in l. item quæritur, §. qui impleto, ff. loc.* qui videtur contra, vt etiam innuit Paris *in d. versic. fideiuss. c. 1. post nu. 11.* & dū text. *in d. §. qui impleto*, dicit, & pignora durant, intelligi potest, pignora, id est fide-
15 iussores, † *vt in l. promissor. §. fin. ff. de constit. pec.* Vnde dicerem, ꝙ *in d. §. qui impleto*, tractatur de tacita reconductione, (vt ibi text. dicit) nulla facta renouatione contractus per partes terminum, seu tempus prorogando, & proinde obligationes firmæ remanserant, ac pignora durabant; sed *in d. l. si cum Hermes*, reconductio non fuit tacita, sed fuit expressa per contractus renouationem de nouo inter partes stipulati, nec fideiussores fuerūt de nouo obligati in primo contractu, & ideo non tenentur. Et hunc intellectum ad *d. l. si cum Hermes,*

*mes*, colligo ex dictis † per Parid. *in d. versic. fideiussor. cap. 3. num. 15.* & ob id dicerem in præposita quæstione, quod aut officialis fuit refirmatus in officio per nouam commissionem à Domino terræ, seu ciuitatis factam, & de nouo ceperit possessionem officij per alium annum, & tunc absque dubio fideiussores erunt liberati, *vt d. l. si cum Hermes* aut sine alia noua commissione, seu captura possessionis officii, sed tantum tacite, permissu Domini, exercuit officium per alium annum, ac tacito consensu vasallorum, qui expresse non contradixerunt, † & tunc fideiussores non essent liberati, *per d. §. qui impleto, sed cogita.* 16 17

Sed quid si aliquis officialis fuit absolutus à suo syndicatu, deinde eius processus fuit reuisus ab alio Doctore, de Regis mandato, qui condemnauit officialem, an fideiussores teneantur? Dic quod non, *arg. l. omnes, & l. exceptiones, ff. de except. & l. fin. ff. de pac. qui est optimus tex. pro hoc, tenuit Paris in d. ver. fideiussor, cap. 1. post nu. 4. & Hippo. in d. rub. q. 8. nu. 93. & diximus supra in modo 12. num. 8.*

Sed quomodo erit procedendũ contra prędictos fideiussores de syndicatu? Dic, quod si cautio fuerit cõcepta tantũ de stando syndicatui, ante sententiã sunt requirendi, & citandi, † vt principalem præsentent, alias contra eos 18
procederetur ad pœnæ accusationem, & ex-

ſecutionem, & ſeruabis Practicam ſupra per nos poſitam *in modo 12. num. 28.* Si vero additum fuerit de ſtando, & parendo, ita vt includat iudicatum, vel explicite ſit dictum, & de ſoluendo iudicatum, tunc lata ſententia, ac in rem iudicatum tranſacta, *ſecundum Afflict. in deciſ 182. numer. 3.* ſeruabis practicam per nos traditam *in eodem modo 12. num. 34.* licet hodie non ſit neceſſe, quod ſententia fecerit tranſitum in rem iudicatam, ſed exſequi poteſt pręſtita cautione † de reſtituendo in caſu retractationis, de qua infra dicemus, non obſtante appellatione, *vt per prag. Regiæ dignitati, &c.*
19
20 Sed † an poſſit exſequi contra dictos fideiuſſores non excuſſo principali? Dic quod non, *vt per Parid. in d. verſ. fideiuſſor. cap. 2. in fin. & per Alex. in l. curatores, § pro magiſtratu, ff. de admi. rer. ad ciui pertin. & Bart. in l. quæro, ff. loc.* & ibidem Paris ampliat, etiam ſi hic fideiuſſor emerit aliqua bona de bonis principalis, *per tex. in l. 1. C. de conu. fiſci debit. lib. 10.* & tu quoque amplia, etiamſi fuerit renunciatum Authen. *præſent. C. de fideiuſſo.* & ſic beneficio excuſſionis, alias nullum eſſet ſpecialitatis priuilegium, vt dicam infra in vlt. modo.

## MODVS XV.

### SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſio de nõ offendendo quãdo præſtari debeat.*

*2 Iudex*

2 Iudex an possit ex officio partes cogere ad præstandum dictam fideiussionem.

3 Pœna sub qua fideiussores de non offendendo sunt recipiendi.

4 Iudex an debeat absque iusta caussa cogere partes ad dictam fideiussionem.

5 Verba apposita in d. fideiussione sunt consideranda, ad cognoscendum modum procedendi contra dictos fideiussores.

6 Fideiussione præstita de non offendendo ad inuicem, an fideiussores offendentis eum qui primo offenderat teneantur.

7 Principalis si non tenetur, nec fideiussor tenebitur.

8 Fidem frangenti fides frangatur eidem.

9 Principalis si non fuerit offensus, sed filius, frater, vel vxor, fideiussores an teneantur.

10 Pacem faciens quid promittere debeat, vt sit fidelis.

11 Vxorem adulterans an dicatur pacem rumpere.

12 Offensio si fuerit in bonis facta, an fideiussores teneantur.

13 Fideiussione præstita de non offendendo ad inuicem, si ambo eodem tempore offenderunt, nec constat quis primo, cuius fideiussores teneantur.

14 Præsumitur contra robustiorem, & magis rixosum, & scandalosum.

15 Offensione facta ex noua caussa, an fideiussores teneantur.

16 *Dolus principalis, an nocere fideiussori debeat.*

17 *Modus procedendi contra prædictos, & an sufficiat facta confeßio principalis.*

18 *Opinio Alber. de Ros. relata per Foller. quod neq; vera principalis confeßio sufficiat, an procedere poßit.*

19 *Opinio Auth. ac practica secundum dictam opinionem.*

20 *Aequius quando sit, vnica citatione à principio citare principalem & fideiussores.*

21 *Fideiussores prædicti, quando contra principalem non esset locus torturæ, quando habilitandi.*

22 *Stipulatio pœnæ in hac fideiußione respectu fideiussorum est indiuidua.*

23 *Principalibus pluribus ex vtraque parte se ad inuicem non offendere promittentibus, si vnus ex vna parte offenderit, an fideiussores illius partis omnes teneantur.*

DECIMVS quintus Modus fideiubendi erit, quando quis promisit, ac fideiusso-
1 rem dederit, mediante obligatione † de non offendendo: quod contingere solet, quando orta inimicitia inter aliquos, si ab altera ex partibus facta fuerit aliqua offensio, & Curia processit ad inquirendum & nonnullos ex vtraq; parte carcerauit, deinde tractatur de habilitatione seu liberatione carceratorum, & quia habilitati possent iterum ad arma deuenire,

nire, & ad offensam, possetque scandalum oriri, vel si alicui fuerint factæ minæ ab aliquo solito minas exsecutioni demandare, tunc iudex habilitat carceratos, & quandoque ad partium instantiam, † & quandoq; ex officio, 2
vt suam prouinciam seu ciuitatem pacatam habeat, *iuxta l. congruit, ff. de offic. præsid.* ad euitandum scandala, solet in decreto liberationis, seu habilitationis adijcere, præstita tamen cautione seu præstitis fideiussoribus vnciarũ quinquaginta centum, plus vel minus, prout suo arbitrio, considerata personarum † ac fa- 3
cti qualitate, de se ad inuicem non offendendo, sed pacifice viuendo, &c. de qua cautione originaliter Bartol. tractauit, *in l. illicitas, §. ne potentiores, ff. de off. præsi. & ibidem sequuntur alii scrib.* Hippol. *in l. 1. §. præterea. nu. 79. ff. de quæst.* vbi posuit regulam cum nouem declarationibus, & clarius Dominus Iulius Clarus *in sua pract. §. fin. quæst. 47. ex nostris.* Mar. *par. 6. memb. 8. nu. 13.* & Foll. *in suis fragm. in tit. de fideiuss.* aliqua licet breuiter posuere, & Arnonus fecit de hoc sing. 53. *incip. quotidie euenit.*

Solum aduertendum, ne iudices siue ex officio siue ad partium instantiam procedant, cogant partes ad dictam fideiussionem sine iusta caussa, † & caussæ cognitione, cum sa- 4
tis laboriosum sit grauare aliquem ad satisdãdum, *l. 2. §. si dubitatur, ff. de iud.* quod dictũ ipse habuit ab Hippol. *in d. §. præterea, post num. 79.*

Et

Et quia hæc cautio concipi solet variis modis, ac sub diuersis verborum clausulis, *vt per Bart. & alios in d. §. n: potentiores*, ideo satis in hoc
5 aduertendum est: nam † ex verbis in ipsa appositis colligetur, si poterit vel ne, contra fideiussores procedi, *arg. tex. in l. si ita stipulatus à Seio, ff. de fideiuss. cap. cum ecc. de causs. pos. & propriet. & l. si extraneos, ff. de condict. ob caus. Alex. cons. 113. post. num. 4. lib. 2.* Nam si fuerit dictum, quod promiserunt de non offendendo ad inuicem, deinde vnus primo offendit alium, fideiussores primo tenentur, ex quo commissa est stipulatio. Sed quid si alter offensus pri-
6 mo offendentem offendit, † an teneantur fideiussores per ipsum dati? Et dicas, quod non: Nam licite, & impune offendere potuit eum, qui primo loco rupit pacẽ ac offendit, & pro-
7 inde cum † principalis non teneatur, nec eius fideiussor, *vt l. græcè, §. illud, ff. de fideiuss. & §. fideiussores, Instit. eod. tit. & l. si vltra, C. eo.* hancque opinionẽ videtur sentire Clarus *in alle. q. 47. vers. sed quoniam, per doct. Bart. in l. cum pater, §. libertis, ff. lega. 2. Alex. de in l. cũ proponas, la 2. num. 6. C. de pact. & in cons. 115. num. 7. lib. 4. & Deci. cons. 380. num. 2. cum aliu ibi per ipsum alleg.* Imo ampliari potest secundum Alex. *in d. cons. 115. num. 8.* vt fideiussores secundo offendentis non teneantur, etiamsi in fideiussione fuerit apposita clausula, vt toties teneantur, quoties contrauentum fuerit. Inquit enim, illam clau-

clausulam solum operari in commodum obseruantis contractum, non autem ad commodum non † obseruantis: nam frangenti fidem fides frangatur eidem, *vt not. in l. qui fidem, C. de transf. & in d. l. cum proponas*, & ibidē respondet ad dictum Io. Andreæ, quod videbatur obstare *in addit ad Specul. in titu. de tregua & pace. in rubrica, ad fin.* vt Ioan. Andr. intellexerit hanc clausulam in fideiussione appositam, *toties, quoties, &c.* operari in odium illius tantum qui primo offendit, ac pacem ruperit, & hanc asserit esse communem opinionem, vt etiam Decius *in d. conf. 380. num. 2.* 8

Similiter si prædicto modo concepta fuerit cautio, & offensus fuerit filius seu frater principalis, seu adulterata eius vxor, † non tenentur fideiussores dati, & idem si fuerit offensus amicus, *vt per Bart. in l. si ita fuerit stipulatus. §. Chrysogonus, num. 10. ff. de verbor. oblig. & ibid. Alex. & Bart. in l. verum, ff. de furt. & Clarus in d. q. verf. quæro etiam.* vbi non alleg. *conf. Alex. 113. lib. 2. per nos supra alleg.* vbi prædicta satis lepide ostendit. Et proinde Bart. *in d. §. ne potentiores, num. 5.* inquit, hanc fideiussionem accipi posse de non offendendo se ad inuicem, ac amicos, familiares, & complices, & Bal. *in l. 1. num. 7. versic. 6. operatur. C. de Episc. & cler.* dicit, quod omnis faciens pacem promittere debet pro familiaribus, sociali, & adhærentibus, † si vult esse fidelis, sicut decre. *c. ad apostolicam* 9 10

*stolicā, de re iudi. in 6. & idem Bal. in l.1. C. de rap. virg. & in d. §. ne potentiores, Fel. de treuga & pace, col.6. Hippol. in d. §. præt. num.86.* Addentes vero ad d. consil. Alex. 113. dicunt Alexan. pessime consuluisse in d. consil. respectu vxoris, & Io. Faber. *in l. denunciam, C. de his qui ad eccle.* & Aret. *in d. l. si ita stipul. §. Crysogo.* ac Aug. *ad Ang. in Rub. Che hai adulterato, &c. vers. quid autem si pax, num.60.* tenuerunt contrarium, videlicet, quod stipulatio de non offendendo sit com-
11 missa, † quoties, & si persona principalis non sit offensa, tamen ea persona offensa est, propter quam principali proprio nomine competeret actio iniuriam. Sed quando vxor adulteratur, actio iniuriarū competit marito proprio nomine, *vt l.1. §. fi. ff. de iniur.* Igitur, &c. Tamen ꝙ pax non dicatur rupta in casu adulterii vxoris, inquiunt Doct. esse communem opinionem, *in d. §. Chrysogonus, & in d. l. verum,* vt refert Clarus *in d. quæst. vers. sed quid si vnus.*

Similiter si principalis offensus fuerit in
12 bonis, fideiussores non tenentur, † si in fideiussione dictum non fuisset, de non offendendo, nec in persona, nec in bonis, *vt dixit Mar. in d. memb.8. num.13. alleg. consil. Bal. 387. vol. 4.* Imo ego aliquando vidi eas stipulari de non offendendo, nec in persona nec in bonis: ac addebant, nec offendi faciendo, ad finem ne si principalis per mandatariū offendisset, dubium oriretur, si stipulatio esset commissa

contra

contra fideiussores, vel ne, cum stipulationes fideiussorum in tantum ligent, in quantū verba sonant, *d. l. si stipulatus à Seio, & l. fideiussores magistr. ff. de fideiuss. & l. quicquid astring. ff. de verb. oblig.* & stricte sunt intelligēdæ, ne egrediantur p[illegible]as in eis expressas, *vt d. l. quicquid, & c. cū venerabil. de excep. & Alex. in d. cons. 113. nu. 4.*

Sed dubitari potest, si cautio præstita fuerit de non offendendo ad inuicem, & contigit q͞ ambo se offenderunt eodē tempore, ita vt nō appareat quis primus, † an amborum fideiussores teneantur? Clarus *in d. q. vers. sed hic quæro,* dum de principalibus loquitur, distinguit: quod aut pœna applicatur parti, & non tenentur, ex quo offensa ad inuicem compensatur, *Bart. in d. l. cum pater. §. liberis, ff. de l. 2. nu. 7.* aut fisco, & tunc tenentur, ne delicta remaneant impunita. Vnde nos idem dicere possumus in fideiussoribus, & vltra allegata per Clarum *in d. l. loco,* vide Hippo. *in Rubr. de probation. nu. 406.* vbi inter alia allegat tex. not. *in l. hi qui inuicem, ff. de donat.* 13

Et aduerte, quod vt prædicta absq; scrupulo procederent necesse esset, quod appareret † nec per testes, nec per præsumtiones, quis prior in offensione, ita vt omnino incertum esset de prioritate, alias si per præsūtiones, vt quia alter robustior erat, seu magis scandalosus, & rixosus, forte illius fideiussores tantum tenerentur, ex his, quæ dixit idē Hip. *in d.* 14

*Rubr.*

*Rubr. de probat. num. 415 per tex. in l. 1. §. ſed cum arietes, ff. ſi quad. paup. feciſ. &c. & ibidem poſt nu. 418. Gram. in conſ. 18. nu. 9. & conſ. 29. nu. 16. & 17. & in voto 24. nu. 5.* hancque declarationem videtur ſentire Boer. *in deciſ. 237. num. 3.*

Sed quid ſi offenſio facta fuerit ex noua cauſſa, an fideiuſſores teneantur? Clarus concludit *in d. quæſt. 47. verſ. quæro nunc.* principalem non teneri
15 lem non teneri † niſi dolo verſatus ſit, vt noua cauſſa ſuperueniret, nam tunc tenetur. Et idem eſſet dicendum in fideiuſſore, ſi dolo ipſiuſmet fideiuſſoris ſucceſſiſſet noua cauſſa, & ipſe procuraſſet, *vt per Bar. in l. ſi vero, poſt nu. 2. ff. qui ſatiſd. cog. & Hippol. in Rubr. de fideiuſſ. quæſt. 19. num. 150. cum ſeq.* Secus vero ſi tantum interueniſſet dolus principalis, non autem fi-
16 deiuſſoris: † nam tunc dolus principalis non noceret fideiuſſori, qui in vnam cauſſam fideiuſſerat, *arg. l. fin. ff. de pact. & in l. fideiuſſores mag. §. pro Aurelio, & l. fin. ff. de fideiuſſ. & facit tex. in l. ſi quis cura. & l. ſi quis quempiam, ff. ſi quis caut. Alex. & alij in l. qui ſeruum, ff. de ver. oblig. Craue. conſ. 264. num. 6.*

Sed enumeratis prædictis caſibus, quæro, quando commiſſa eſſet ſtipulatio huius fideiuſſionis, quomodo eſſet procedendum con-
17 tra fideiuſſores † via exſecutiua vel aliter? Dixerunt Doct. hoc caſu neceſſe eſſe prius conuincere principales per teſtes, nec ſufficere fictam confeſſionem, vt quia citatus non cō-

paruit

paruit; factus fuerit contumax, & propter contumaciam vigore statuti ad pœnam fuisset condemnatus, vt dixit Mar. *in d. memb. 8. nu. 14. per consil. Cornei 22. vol. 3.* vbi infert, hoc esse notandum per constit reg. *incip. pœnam eorum*, quæ loquitur de foriudicatis; qui habentur pro condemnatis: nam talis foriudicatio seu confessio non noceret fideiussoribus in casu prædicto, & idem tenet, & sequitur Foller. *in d. fragm. num. 263.* vbi plus subdit ex dicto Alb. de Rosa. *in l. cum procurator, ff. de fideiuss.* quod in casu proposito, nec sufficiat confessio vera ipsius principalis inquisiti, † 18 vt ex ea fideiussores possint condemnari.

Sed licet Alber. opinio magna sit, tamen ego non video; quomodo eius dictum in practica deduci posset, si vera confessio principalis fuisset extorta, vel legitimis præcedentibus indicijs per confessionem in tortura; & ratificationem; vel per spontaneam confessionem, deinde in tortura ratificatam; ac legitimatam, alias nunquam daretur casus, quo fideiussores de non offendendo condemnari possent.

Ideo ego existimarem hanc posse practicam adhiberi, vt secuta offensa de nouo † for- 19 mata inquisitione contra alterum ex principalibus: si is fuerit legitime conuictus per testes, non est dubium, quod posset condemnari: si vero non fuerit conuictus, & tunc si

deiussores, ac vnica sentētia condemnētur. Et aduerte: nam secundum hanc vltimā practicam, postquam fideiussores fuerint à principio citati, semper & in omni actu essent postea citandi vsque ad sententiam, aliàs nulliter procederetur, *vt per Bal. in l. duobus, §. igitur si quis, ff. de iureiuran. & diximus in d. modo 12.*

Sin autem in casu torturæ indicia non erunt sufficientia ad torturàm, † nec iudex habebit spontaneam confessionem, tunc liberabit principalem in forma, iuxta primum, secundum & tertium modos supra positos: & quo ad fideiussores, dicet, quod supersedeatur, donec aliter per Curiam fuerit prouisum. Ad quæ faciunt nota. per Gram. *in decis. 95.* & dicta per nos *infra in prima principali quæst.* Credo enim in hoc nihil posse iudicis arbitrium operari circa pœnæ minorationem respectu fideiussorum: sed erit necesse, quod explicite, & realiter constet de cōtrauentione, & modo prout supra: alias si fideiussores liberentur, principalis omnino erit liberatus, & absolut⁹, & si quoquo modo principalis veniet condemnandus, & † stipulatio pœnæ totaliter ac integraliter contra fideiussores cōmittetur, cū sit indiuidua, vt per Bart. *in l. 4. §. Cato. num. 30. ff. de verb. oblig.* dum allegat. text. *in l. vulg. ff. de furt.* & ibid. Bar. ponit, quādo stipulatio pœnæ de nō offendendo cōmittatur in solidū, respectu heredū promissoris vel stipulatoris. Hæc-

que sunt de apicibus iuris, & altissimæ speculationis, *vt per Paul. de Castro in l. 2. §. item si in facto, ff. de verb. oblig. refert Iason in d. §. Cato, post num. 54.* & vide Bar. *in l. fin. in 2. q. ff. de duobus*
23 *reis*, vbi ponit, † quid si fuerint plures principales, ex vtraq; parte, promittentes ad inuicem seipsos non offendere, an vno offenso, possint omnes alii ex parte offensi petere pœnam ab omnibus aliis ex parte offensoris? & quicquid ibi determinat Bart. *in principalibus, & in Auth. hoc ita, C. de duob. reis.* ego existimarem, quod si in dicto casu fideiussores intercessissent, omnes tenerentur in solidum: nam quoad fideiussores sufficiet, q; semel stipulatio sit commissa, *vt per Bart. in alleg. §. Cato. num. 30. per tex. in d. l. vulgaris, &c.*

Similis huic fideiussioni est illa de seruando fines exilii, seu relegationis in aliquam insulam declarandam: nam nec principalis, nec fideiussor tenetur, antequam constiterit, fines non fuisse seruatos, seu insulam declaratam: nam conditio sententiæ, & promissionis non purificatur nisi secuta declaratione insulæ, quam solus Princeps facit, & non alius, & ante sententiam non exsequitur, *tex. est in cap. biduum, §. si quidem, 11. q. 6.* per quem in specie ita dixit glos. *in c. cum apud, 11. quæst. 3. quam refert & seq. Guliel. de Bened. in c. Rainaldus. verbo, mortuo, nu. 268. Carau. super Ritu 259. nu. 6.* Verum interim, quod insula declarabitur, conde-

condemnatus militi tradendus est, *vt in l. relegatorum, ff. de interd. & releg.* loco cuius assignationis militi faciendæ hodie inoleuit practica, vt post condemnationem pendente declaratione insulæ facienda per Proregem Regni, concedatur condemnato dilatio vnius mensis, vel duorum ad colligendum sarcinulas, cum prouisione, quod liceat interim domi, vel Palatio Magnæ Curiæ moram trahere, prout iudicis arbitrio videbitur, attenta personarum qualitate, sequuta tamen declaratione relegati, seu exulati debent abstinere à locis interdictis, & fines non excedere, *vt in l. relegati, ff. de pœn.* alias constito de prædictis committetur stipulatio contra ipsos, & eorum fideiussores, &c.

## MODVS XVI.

### SVMMARIVM.

1 *Fideiussio de restituendo cui, quibus & quando, in quibus tribunalibus sit magis frequens.*

2 *Fideiussio prædicta quomodo in practica deducatur.*

3 *Fideiussio prædicta facit videri pecuniam extare.*

4 *Fideiussio dicta cuius fauore sit introducta, creditorum vel emtorum bonorum.*

5 *Sac. Consf. ad quem finem admittat licitatorum oblationes cum dicta fideiussione.*

5 *Creditor cui fuerit liberata pecunia cum dicta fi-*

*deiussione, an possit petere à debitore fideiussores indemnitatis, in casu auocationis pecuniæ.*

7 *Modus procedendi contra dictos fideiussores.*

8 *Fideiussores prædicti an sint citandi, & requirendi.*

SVCCCEDIT decimussextus Modus fideiubendi, & quando fuerit prædicta fideiussio de restituendo, cui, quibus, & quando, &c. Hæc fideiussio non satis est cognita in tri-
1 bunalibus inferioribus, † sed in Magna Curia, ac Sac. Consil. frequentissima est, ac vsitatur, quando bona alicuius debitoris ad creditorum instantiam sub hasta venduntur, pecunia ex dicta vẽditione proueniens, liberatur anterioribus, vel creditoribus assensum habentibus in feudalibus, sed non libera, sed
2 serua, videlicet præstita dicta † fideiussione per creditores quibus liberatur pecunia, de eã restituendo cui, quibus, & quando, hocque propter concursum creditorum, qui adinuicem prætendunt aliis præferri. Donec itaque discutiatur de prioritate, & assensu, liberatur pecunia aliquibus creditoribus, qui in promtu apparent priores cum dicta cautione, quæ operatur, vt dicta pecunia sic liberata videa-
3 tur extare, † *vt in l. 1. & 2. ff. de vsu earum rer. &c. & in l. procuratoris, §. fin. ff. de trib. act. alleg. per Castren. in consl. 285. incip. visis & ponderatis, lib. 1. ac refert in simili casu Domin. Vinc. de Franch. in decis. 75. nu. 9. & faciunt dict. per eund. in decis. 64.*

hæc-

hæcque cautio introducta est tam fauore anteriorum creditorum, † quã emtoris, quando 4
creditores anteriores nollent recurrere super pecunia, sed super bonis alienatis: nam tunc emtori cautum erit per dictã fideiussionem: ac similiter quando nollent super bonis recurrere, sed super pretio & pecunia, cautum est ipsis per dictã cautionẽ, vt per D. de Franc. *in alia sua decis. 200. post nu. 5.* vbi etiã dicit, ꝙ Sac. Conf. admittit licitatorũ obligationes cum † 5
dicta promissione & cautione, pro maiori vtilitate creditorum, cũ alias bona non inuenirent emtorẽ, vel saltem non iustum. Et ibidem ponit de alia specie fideiussionis, vt quando creditor, cui fuit liberata pecunia sub dicta cautione, de restituẽdo, cui, quib⁹ & qñ, ad euitandũ ne † pecunia ab eo auocata per anterio- 6
res, vel per emtorem, delusus remaneret, petere possit ab ipso debitore fideiussores indemnitatis, *per tex. in l. si pignore. §. fi. & in l. si necessarias, §. 1. ff. de pig. Negus. de pig. part. 6. memb. 1. nu. 46 vers. octauo addendũ. Alex. in cons. 65. in fi. li. 5. & ibi addentes*, & ita pluries fuisse per Sac. Conf. iudicatũ, refert *in d. decis. in fin.* D. de Franc. debitorem scilicet teneri ad præstandam dictam fideiussionem indemnitatis creditoribus, quibus pecunia liberata fuerat.

Sed quomodo in his casibus sit procedendũ 7
† cõtra dictos fideiussores? Idem D. de Franc. *in decis. 100. numer. 22.* inquit, quod si fideiussio sti-

ſio ſtipulata fuerit penes acta, prout communiter fieri videmus, ſtatim cogi poterint ad reſtituendum pecuniam: nam (vt inquit ipſe) dicta obligatio ſic facta habet exſecutionem paratam, & perinde habetur, ac ſi fideiuſſores fuiſſent condemnati, *vt per Ang. in l. frater à fratre, col. 3. ff. de cond. indeb. & nos diximus in 3. & 5. modo*, intelligendo tamen, prout etiam ibi diximus, & probauimus, quod non obſtante, quod ſtipulatio ſit facta penes acta, adhuc foret neceſſaria citatio ac requiſitio di-
8 ctis fideiuſſoribus † ac creditoribus, quibus pecunia fuerat liberata, vt ſciant qualiter factus eſt caſus reſtitutionis dictæ pecuniæ, ex quo talis creditor anterior liquido ſua iura potiora oſtenderit, vel emtor paſſus ſit euictionem: quibus caſibus iudex cum cauſæ cognitione procedet, *arg. tex. in l. de vnoquoq;, ff. de re iudic.* & oſtendit idem D. de Franch. *in deciſ. numer. 22.* dum vſus fuit verbo, *cogere, arg. tex. in l. eum, in fi. ff. de in ius voc.*

## MODVS XVII.

### SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſio de exhibendo, & non baratando, quando locum habeat, & ad quem finem.*
2 *Fideiuſſio hæc regulariter ad euitandum ſequeſtrum præſtatur.*
3 *Sequeſtra ſunt de iure regulariter prohibita.*

4 Fide-

4 *Fideiußio hæc an detur pro conſeruatione fructuũ rei ſtabilis.*

5 *Fideiußio prædicta tria continet ad ſui eſſentiam.*

6 *Fideiußio prædicta quomodo concipiatur.*

7 *Fideiußio prædicta, vt locum habeat quæ requirantur.*

8 *Suſpicio perſonæ ex quatuor colligi, & probari poteſt, & an copulatiue.*

9 *Suſpicio prædicta an remittatur iudicis arbitrio.*

10 *Deſcriptio & mandatum de non dilapidando, &c. an differat à dicta fideiußione.*

11 *Practica circa hanc fideiußionem, & quando in practica deducatur.*

12 *Litigator quis præferendus in præſtatione dictæ fideiußionis.*

13 *Modus procedendi contra dictos fideiuſſores.*

14 *Fideiußio de re non baratanda, durat etiam poſt ſententiam, & donec lis durabit.*

15 *Fideiußio prædicta hodie quomodo concipiatur.*

16 *Verba, & abſque alia procraſtinatione de re reſtituenda, an ſint ponenda in dicta fideiuſſione, ſecundum Bar.*

17 *Forma alia noua concipiendi dictam fideiußionem.*

18 *Practica noua per Auth. circa modum procedendi contra d. fideiuſſores.*

19 *Fideiußio hæc quanto tempore duret.*

20 *Fideiußio hæc an duret in cauſſa appellationis.*

21 *Lis quando dicatur finẽ accipere, ſeu terminare.*

22 *Actor si litem non fuerit prosecutus, an fideiussor semper obligatus manebit.*
23 *Sequestrum impetrans, & non prosequens litem, an teneatur ad restitutionem rei sequestratæ, ac expensas & interesse.*
24 *Iudex potest ex caussa alicui statuere terminum, infra quem agat, alias non audiatur, & excludatur à iure suo, & in vicino de iure cõgrui.*

OBVENIT etiam decimusseptimus Modus fideiubendi, vt quoties quis† fideiusserit de exhibendo & non baratando, qui
1 modus proprie locum habet, quando litigatur de aliqua re mobili, ac timetur, ne aduersarius eam baratet seu dissipet, potest alter ex litigatoribus ab altero hanc fideiussionem exigere, ad finem, vt res finito iudicio exhiberi possit, & victori consignari, *vt colligitur per tex. in l. senatus, ff. de off. præsi. in fin. & in l. si fideiussor, §. si satisdatum, ff. qui satisd. cog. & ibi glos. & scrib.* Maran. posuit *in par. 6. memb. 8. nu.* 18. sed satis succincte, nil aliud ponendo, nisi ea quæ modo diximus. Ideo aliquantulum latius de quinq; circa hunc modum videbimus. Primo ad quem finem desideretur hæc fideiussio. Secundo quæ contineat. Tertio quæ requirantur vt locum habeat. Quarto quomodo in practica deducatur. Quinto & vltimo quando, & quomodo contra dictos fideiussores sit procedendum.

Quoad primum, dicamus, hanc fideiussionem

ſionem deſiderari ad euitandum ſequeſtrum: † nam alias lite mota ſuper aliqua re mobili 2 cum perſona ſuſpecta, ſi hæc fideiuſſio non præſtatur, res debet apud officium deponi, ſeu ſequeſtrari, *vt d.* §. *ſi ſatiſdatum*, *& d. l. ſenatus, in fin.* Ad euitandum igitur ſequeſtra, quæ † regulariter ſunt prohibita, *vt l.1. C. de* 3 *probib.ſeq.* hæc cautio præſtabitur, & ideo ſi lis eſſet ſuper re ſtabili, vt ſuper aliqua petitione quantitatis in genere, non eſſet opus hæc cautio, cum in prædictis ſequeſtrum non cadat, ſed pro re ſtabili daretur cautio de ſtando iuri, licet pro fructibus rei ſtabilis, quorũ dilapidatio timeretur, etiam † hæc cautio exigenda eſſet, & ſi ſint pars ſoli, *vt in l.fi.§.fi. & ibi Barto.ff.de requi. reis. & in l. ab exſecutione. C. quorum appell. &c.* & pro quantitate in genere petita daretur cautio de ſtando iuri, & ſoluendo iudicatũ, de quib⁹ nos diximus ſupra *in 12. modo*, & prædicta colliguntur ex dictis per Caſtrenſem, *in d.§.ſi ſatiſdatum. & in l. de die.§.1.in fin.ff. eod. eo. tit. qui ſatiſd. cog.* 4

Quoad ſecundũ quę contineat? dic, ꝙ tria, ſcilicet rei exhibitionem, *vt d.l. ſenatus*, non baratationem, ſeu non alienationem, † vel 5 non dilapidationem, & demũ ipſius rei diſſequeſtrationem. Nam ſtatim ꝙ hęc cautio pręſtatur, res diſſequeſtratur, *vt d.* §. *ſi ſatiſdatum*, & cautio hæc ſeu fideiuſſio ita concipitur, *de exhibendo, non baratando,* † *ac diſſipando* 6

*vel a-*

*vel alienando, vt per glos. & Bald. in d. §. si satisd. in fin.* immo secundum Bartol. *in l. litibus, num. 5. C. de agrico. & cens. lib.* 11. & Abb. *in cap. 2. de sequestr. pos. & fruct. num.* 25. etiam debeat continere de re restituenda absque alia procrastinatione, licet Francisc. Curtius *in suo tract. de sequestr. poss. num.* 68. contrarium sustineat, vt sufficiat dicere, de re restituenda absque illis verbis, *absque alia procrastinatione*, de quorum veritate infra videbimus.

Quoad tertium, quæ requirantur, vt locum
7 cum habeat? † Dic, quando respectu rei quæ litigatur, requiritur, quod sit res mobilis, id est non stabilis, nec mobilis, quæ consistat in promissione pecuniæ, vel quantitatis in genere sistentis: tunc enim respectu qualitatis rerum qualitas fideiussoris mutatur, nec præstabitur hæc cautio, vt supra ostendimus: respectu vero personæ, à qua exigitur, requiritur, quod sit suspecta. Quæ suspicio ex quatuor colligitur, *secundum gl. in d. §. si satisdatum.*
8 † Primo si non possidet immobilia, *vt l. sciendum. ff. qui satisd. cog.* Secundo si possidet immobilia, sed pauca, *vt l. si creditores, ff. de priuil. cred.* Tertio si nūc habuerit malos mores, *vt Instit. de susp. tut. §. si.* Quarto, quod per prius male se habuerit circa res suas, *vt in l. sicui §. eisdē, ff. de accus.* Sed intellige secundū Bart. *in d. §. si satisd.* nō esse necesse, ꝙ semper illa quatuor copulatiue interueniant, sed quandoq; sufficit

vnum,

vnũ, quandoq; aliud, secundũ caussarum diuersitatem, in quibus de suspicione tractatur, & veritas circa hoc erit, quod iudicis arbitrio remittatur, vt præmissa breui quadam caussæ cognitione, absq; partis citatione † ad sui in- 9
structionem, tantũ considerata personæ qualitate, vtrum sit persona, de qua sinistra sit suspicio, decernat, an sit locus suspicioni, & consequenter huius cautionis exactioni, *vt probatur in eod. §. si satisd. ibi, si hoc iudici sederit, &c. & arg. l. fin. ff. de act. & oblig. & l. 1. C. si quis Imper. maledi. Bald. in eodem §. & Abb. in d. c. 2. & Afflict. in decis. 188.* in qua apparet non fuisse factum sequestrum attenta personæ qualitate, quæ erat diues, in qua non timebatur de dilapidatione. Et quod diximus de suspicione, fallit in descriptione, & in præcepto de non dilapidando, † seu non alienando, quæ fieri 10
possunt statim, lite mota, licet cesset caussa suspicionis, *vt in l. diuus, ff. de petit. hered.* & in hoc est differentia inter descriptionem & sequestrationem, *vt per Bart. & Alex. ibi addentem, in l. facultas. C. de iure fisc. lib. 10. num. 4. & Bald. in d. §. in fine.*

Quoad quartum, scilicet, † quomodo pra- 11
cticatur? In hoc respondet Paulus de Castro *in eod. §. si satisd.* quod practicatur contra transeuntes cum animalibus alienis: nam Domini recognoscentes animalia sua, faciunt ea recommendari, seu sequestrari penes hospitatorem

torem de mandato iudicis, & hoc sequestrum debet reuocari comparente illo, & satisdante de iudicio sisti, & de re illa non transportanda extra locũ illum: & addas tu, & de exhibendo, ac etiam de restituendo absq; alia procrastinatione, *vt per Bart. in d.l. litibus, & Abb. in d.c. 2. & vide ad hanc practicã, cons. Alex. 63. li. 3.* Similiter si cõtrouertitur fundus, & timetur de dilapidatione fructuum: nam si ille, contra quem timetur, vult fideiubere de exhibendo, conseruando, & non baratando, sed de restituendo, non fit sequestrum, *vt per Bar. in d. l. litibus, nu. 17. & Abb. in d.c. 2. post nu. 19. & Spec. in tit. de seq. pos. & fruct. §. 1. vers. Item pene Abb. &c.* Pari modo si duo asserunt se Dominos vnius fundi, colonus dicere poterit, neutri vestrum volo restituere fructus, sed volo fideiussores dare de restituendo ei, qui pro se sententiam reportabit, *vt per Bart. in d. l. litibus, nu. 15.* quod dicit esse notandum: nam est limitatio ad tex. *in l. fin. C. de peti. hæred.* Sed quis ex litigatoribus præferetur in præstatione fideiussorum?
12 † Dic vel ille qui seminauit, seu seminari fecit, vel qui primo egit, *vt per Iac. de Arena in tract. de sequest. circa fin. alleg. l. 1. ff. de inoff. testam.*

Demum circa modum procedendi contra prædictos fideiussores est aduertendum, quod si forma fideiussionis fuerit, prout dixit gloss. *in d. §. si satisdatum*, † scilicet de iu-
13 dicio sisti, & de re non baratanda, in quan-

tum ad

tum ad eam de iudicio ſiſti eſſet procedendum contra fideiuſſores, ante ſententiam, cum lata ſententia dicta cautio exſpiret, *vt in l. gracè, §. & poſt litem, ff. de fideiuſſ. & diximus in modo 12.* in quantum ad aliam partem de re non barataanda, cum d. clauſula poſita ſit ratione rei conſeruandæ, & ſucceſſit in locum ſequeſtri, ſicut ſequeſtrum fiebat ad hoc, vt lite finita res reſtitui poſſet victori, *vt d. §. ſi ſatiſdatum, & d. l. ſenatus, & l. ſi oleum, ff. de dolo*, ita hæc cautio de re non barataanda durat poſt ſententiam, & poterit poſt ſententiam etiam procedi contra fideiuſſores, & donec lis fuerit finita, † *vt per Cur. in d. tract. num. 67.* 14
maxime ſi etiam poſitum fuerit verbum de exhibendo, *iuxta d. l. ſenatus, in fin.* prout † cõ- 15
muniter hodie dictę fideiuſſiones concipiuntur, videlicet, *de ſtando iuri, de non barataando, ſed de exhibendo, ad omnem Curiæ requiſitionem*, & tunc quandocunque fideiuſſores requiri poſſent, cum Curia rei exhibitionem deſiderabit, † *vt per Bartol. in l. ſi quis, ff. de cuſt. reo. nu. 2.* & facit text. *in l. quod ſi nolit. §. ſi vero, ff. de ædil. edicto, & adducta per nos ſupra in 3. modo.* Et tanto magis prædicta procederent, cum hęc fideiuſſio eſſet formanda, prout dixit Bar. *in d. l. litibus, & ſequitur Alex. ibi, ac Iaſon, & alij in d. §. ſi ſatiſdatum*, vt non ſufficiat dicere de ſtando iuri, & nõ barataando, ſed addenda ſint de neceſſitate hęc verba, & de re reſtituenda

abſq;

absque alia procrastinatione in casu victoriæ
16 actoris, † quod Alex. *in d. §. si satisdatum. sub nu.* 7. dicit notandum esse in practica.

Sed Franciscus Curtius (vt dixi) *in d. suo tract. numer. 68.* tenet contrarium, vt non sint necessaria illa verba, *absque alia procrastinatione*, sed tantum de re restituenda, vt ipse ibi late probat, & certe hodie non videmus practicari hanc fideiussionem secundum dicta verba à Bart. requisita; sed tantum prout supra diximus. Possumus † tamen ad inuestigandum
17 nouam formam dictæ fideiussionis tam iuxta tex. *in d. l. senatus*, & glos. *in d. §. si satisdatum*, quam doctrinam Bart. iuncto illo tex. *in d. l. litibus*, hoc modo concipere: *De stando iuri, & de non baratando, & de restituendo absque alia procrastinatione in casu victoriæ, & de exhibendo ad omnem Curiæ requisitionem*, vt sic omnibus satisfaciamus.

Et practica erit, quod principalis, † & fi-
18 deiussor, citentur ad rem exhibendam, vel ad dicendam caussam, quare non sit contra ipsos accusanda pœna, & exsequendum pro pœna, & condemnandum ad partis interesse, & hoc quando Curia ante sententiam desiderat rei exhibitionem: sed post sententiam citabuntur tantum ad dicendum caussam, quare non sit exsequendum pro pœna, & interesse partis, & re non exhibita, accusatis contumaciis, accusataq; obligationis pœna, exsequetur realiter

liter & personaliter, tam pro pœna, quam pro interesse partis, si erit liquidum, & demum seruabitur ea practica, quam supra *in modo 12.* posuimus circa fideiussionis de iudicio sisti, & soluendo iudicatum exsecutionem, quã longum esset repetere.

Aduerte tamen, quod licet † hæc fideiussio duret triennio, sicut instantia caussæ, *vt in l. properandum, C. de iud. & ex tex. & Bart. in d. l. litibus,* habet nihilominus vnum speciale supra fideiussionem de iudicio sisti ac de soluendo iudicatum: nam prædictæ non durant in caussa appellationis, nisi fuerit expresse dictũ, *vt ex tex. & Doct. in l. cum apud, ff. iud. sol. & diximus plene supra in d. modo 12.* 19

Sed hæc propter illam clausulam, de non baratando, † durat etiam in caussa appellationis, & donec lis non fuerit terminata, *vt dixit Bal. in d. §. si satisdatum, per tex. in d. l. litibus,* nec lis † dicitur finem accipere, nec terminata, nisi transiuerit in rem iudicatam, *vt per glos. in l. 2. C. vt lite pend.* & ita disputando tenet Franciscus Curtius *in alleg. tract. à numer. 65. vsque ad 68.* 20 21

Sed quid si data fideiussione per reum ad euitandum sequestrum, vt supra, actor, ad cuius instantiam sequestrum fuerat factum, litem non prosequatur, an reus, & eius fideiussor † manebunt perpetuo obligati? Dic, 22

K quod

quod duobus modis reus, & eius fideiussor liberari possent ab obligatione: Primo per instantem peremtionem, *vt d.l. litibus*: Secundo quia actore negligente poterit ille, qui passus est sequestrum, facere illi terminum assignari ad agendum, *iuxta not. in l. vnica, C. vt nemo inuit, & in l. si quis libert. ff. de petit. hære.* & † transacto termino restituetur sequestrum, & fideiussores erunt liberati, *vt per text. glos. & Bart. in d. l. si olcum. ff. de dolo, & per Iacob de Arena in suo tract. num. 2. cum seq.* imo eo casu impetrans tenebitur ad expensas, & ad interesse, *vt per Curt. in alleg. tract. num. 52.* vbi dicit hanc esse communem opinionem. Et per prædicta ac alia ego in facto defendi similem caussam in vicino, habente ius protimiseos, & offerente precium restituere emtori in continenti, vt emtor offerens rem restituere, restituto precio, ne res esset † in pendenti, possit assignari facere vicino terminum, infra quem aget, alias censeatur exclusus, & ita obtinui. Nam nedum per vnicum terminum, sed per trinam monitionem cum termino fuit expectatus vicinus, vt ageret iuxta terminos *l. diffamari. C. de ing. man.* & quia neglexit agere, fuit à iure sibi competente exclusus, *per d. iura. & tex. in l. manifestissimi, §. sed quærebatur, C. de furt. l. 1. ff. de cur. bon. dan. l. Titia, ff. de accus. & & ibi Bar. l. mancipiorum, ff. de oper. l. & per Alber. de Rosa. in quæst. 90. incip. quid si proximior,* & vide in ter-

in terminis Marcum Mant. *in tract. de iure protimis. num. 50. vers. octauo dubitare contigit*, vbi pro vtraque parte arguit, & demum contra vicinum negligentem concludit, & respondet ad contraria. Ac nota hæc: nam Afflict. non posuit in suo tract. de iure protimiseos.

## MODVS XVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Fideiussio de restituendo in casu retractationis sententiæ quando præstetur.*

2 *Sententiæ omnes Sac. Consf. exsecutioni mandantur cum dicta fideiussione.*

3 *Sententiæ Magnæ Curiæ non excedentes summam ducatorum 150. similiter sic exsecutioni mandantur.*

4 *Sententiæ duæ conformes cuiuscunque iudicis, confirmatæ à Magna Curia, ita etiam exsecutioni demandantur.*

5 *Sententiæ latæ super Iudicio assistentiæ, ita similiter exsecutioni mandantur.*

6 *Sententias assistentiæ ad finem adiudicandi tantum esse cum dicta fideiussione exsequendas, non autem ad finem vendendi, est noua declaratio D. Vinc. de Franchis.*

7 *Sententiis prædictis retractatis, an eadem res restituenda, vel pretium cum interesse.*

8 *Sententiæ assistentiæ quod ita sint exsequendæ, nec Ritus, nec pragm. dicunt, sed est de obseruantia Sac. Consf.*

9 *Stipulatio dictæ fideiussionis quando dicetur commissa.*

10 *Sacr. Conſ. quando iudicauit eſſe rem exſecutam reſtituendam vna cum intereſſe.*

11 *Practica procedendi contra dictos fideiuſſores.*

12 *Sententia reuocata ob hanc fideiuſſionem eſt maioris potentiæ & efficaciæ.*

13 *Fideiuſſor in caſu retractationis, an teneatur ad acceſſiones, & intereſſe.*

14 *Sententia ſecunda per quam prima fuit reuocata, ſi ab ea fuerit appellatum, an poßit exſecutioni demandari cum d. fideiußione.*

15 *Actor & Reus non debent ad imparia iudicari.*

VIDEAMVS nunc de decimo octauo modo fideiubendi, ſcilicet de fideiuſſione in caſu retractationis ſententiæ, vt quando quis condemnatus fuerit in aliquo tribunali ad a-
1 liquam pecuniarum quantitatem, † quæ non excedat ducatos centum quinquaginta, & victus appellauit, ac victor intendit exſequi, non obſtante appellatione, in ſententiis o-
2 mnibus Sac. Conſ. † & cuiuſcunque quantitatis, exſecutio non impeditur, præſtita tamen cautione, ſeu fideiuſſione, de reſtituendo in caſu retractationis ſententiæ, *iuxta tex. in auth. quæ ſupplicatio, C. de prec. Imp. off. & Ritum Mag. Cur. 252.* Ac in ſententiis Mag. Cur.
3 † non excedentibus ſummam prædictam ducatorum 150. idem obſeruatur, vt cum dicta fideiuſſione exſecutioni demandentur, vt fuit prouiſum per *pragm. 3. §. quod vero, de off. Sac.*

*Conſ.*

*Conſ* Similiter in duabus ſententiis conformibus per quoſcunq; iudices latis, † & poſtea à 4
Mag. Cur. confirmatis, continentibus ſummam vnciarum viginti quinque, *vt per d. Ritum 252. ac dictam pragma.* de cuius obſeruantia poſuit Do. Vinc. de Franch. *in ſua deciſ. 141. & Caraui. ſuper Ritu 257. num. 6.* Similiter in † ſen- 5
tentiis latis ſuper iudicio aſſiſtentię, *vt per prag. incip. Mag. Curia. in titu. de appel. & in d. Ritu 257. & per Dom. de Franch. in deciſ. 120. & Afflict. in deciſ. 261.* & dixi in d. mea Praxi Sac. Conſ. *in vlt. parte, in gloſ. fin.* vbi poſui omnes caſus, in quibus executio fit præſtita dicta fideiuſſione de reſtituendo in caſu retractationis, & licet D. de Franch. *in d. deciſ. 120.* dicat Sac. Conſ. iudicaſſe, ac intellexiſſe prag. *incip. Aſſiſtentiam, ac d. incip. Mag. Cur.* habere exſecutionem paratam præſtita dicta cautione, non obſtante appellatione, quando ageretur iudicio aſſiſtentiæ ad finem adiudicandi tantum, † ſed non 6
vendendi, ad euitandum difficultates, quæ oriebantur ſuper recuperatione ſoluti. Nam ſi ſententiæ aſſiſtentiæ exſecutioni demandatæ cum dicta cautione, mediante venditione bonorum ſuper quibus aſſiſtentia fuerat præſtita, poſtea fuerint reuocatæ in cauſa appellationis, dubia oriebantur, ſi hæ vel res, † vel 7
pretium, erant reſtituendæ, & an dictum pretium erat cum intereſſe reſtituendum, vel ne? Ideo Sac. Conſ. iudicauit, ſententias la-

tas super assistentia esse exsecutioni demandādas cum dicta fideiussione, ad finem adiudicandi tantum, non autem ad finem vendendi, quæ est noua decis. Sac. Cons. satis notabilis pro intellectu, & practica dictarum pragmaticarum. Nihilominus nec ritum, nec prag. ego
8 legi, in quibus dicatur, † in exsecutione sententiarum iudicii assistentiæ esse necessariam dictam fideiussionem, sed tantum dicitur, nō posse appellari ad finem retardandi exsecutionem: nisi dicas, ꝙ obseruantia & practica Sac. Cons. & Magnæ Curiæ ita postmodum sunt interpretatæ d. prag. vt videtur scribere Affl. *in d. dec. 261. & D. de Franch. in d. deci. 120. in princ.* Prædictis igitur casibꝰ præstanda est dicta cautio cum fideiussoribus, *vt per Carau. super d. Ritu 252. num. 11.* & commissa erit stipulatio aduer-
9 sus fideiussores, † quādo sententia prima fuerit reuocata per iudicem appellationis, ac tā principalis, quam fideiussores tenebuntur restituere quantitatem exsecutā, vna cum legitimis accessionibus, inquit tex. *in d. Auth. qua supplicatio.* de quibus tamen accessionibus, seu interesse Sac. Cons. rationem nō habebit,
10 † nisi vbi videt ex pecunia recepta victorem primū commoditatem percepisse, absq; nullo periculo, quod subire potuisset, vt puta quia introitus alienatos redemisset, licet etiam in hoc Sac. Cons. dubitasset, *vt per Dom. de Franch. in d. decis. 120. num. 11.*

Et

Et practica erit, † vt lata sententia per iudi- 11
cem appellationis, per quam prima sententia fuerit reuocata, citentur principalis victus & fideiussor, ad restituendum dictã quantitatem exsecutam, vel ad dicendum caussam, quare non sit accusanda pœna, & exsequendũ contra ipsos pro dicta quantitate, & pœna iuxta formã fideiussionis præstitæ: ac inserere formã dictæ fideiussionis: & ipsis non obedientibus, accusatis contumaciis, ac pœna fideiussionis exsequetur realiter & personaliter contra prædictos, tam pro pœna, quam pro quantitate exsecuta, & erit practica similis illi exsequendi fideiussionem de soluẽdo iudicatum, quam posuimus supra *in dicto modo 12*.. Et nota, quod propter adiunctam obligationem
huius fideiussionis, sententia † diffinitiua ef- 12
ficitur maioris potentiæ & conditionis: nam sicut absq; dicta obligatione non poterat exsecutioni demandari, nisi iuris forma seruata, *vt in l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud.* post modum vigore dictæ obligationis habebit exsecutionem paratam, realiter & personaliter. Et ratio est, secundum Barto. *in l. 1. ff. iud. sol.* & diximus *in dicto modo 12*. quod tunc non mandatur exsecutioni sententia, sed stipulatio obligationis per sentẽtiam declarata.

Sed quid an † retractata sententia, si exsecu- 13
tio foret restituẽda vna cũ accessoribus, & interesse, an ad prædicta teneantur fideiussores?

ſores? Hippol. *in rubr. de fideiuſſ. q. 8. & ſeq. nu. 91. & nu. 97.* poſuit hanc quæſtionem, quam nos etiam ſupra, *in d. modo 12.* & concludit, quod fideiuſſor non teneatur ad augmentū, quod aliquo modo venit circa obligationem principalem licet in fine alleget aliquos caſus legum, qui contra faciunt, & inter alios eſt tex. *in l. amiſſi, §. fideiuſſores, & in l. ſi quis pro eo, §. ſi nummos, ff. de fideiuſſ. & in l. quæro. ff. loc. cum ſimil.* qui ſatis obſtant, nec ipſe ad prædicta iura reſpondet: ideo cogita.

14 Sed quid ſi à ſententia appellationis, † per quā prima fuit reuocata, fuerit etiam appellatum ad alios iudices ſuperiores, an poſſit exſecutioni demandari contra principalem & fideiuſſorem primæ ſententiæ, non obſtante appellatione, cum ſimili in fideiuſſione? Et dic, hoc dubium eueniſſe in Sac. Conſ. & D. de Franch. feciſſe particularem deciſ. de hoc, quæ eſt 136. & ibi dicit, fuiſſe per Sac. Conſ. iudicatum, hāc ſecundam ſententiā poſſe exſecutioni demandari cum ſimili, & ſub eadem fideiuſſione de reſtituendo in caſu retractationis, non obſtante appellatione, ex quo actor & reus non debent ad imparia iudicari, *vt in l. fin. C. de fruct. & lit. expenſ. & aliis rationibus, ibi per eum, &c.*

MODVS XIX.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor pro aliquo obligatus se facturum curaturum, &c. sicut vario modo principalis obligari potest, ita variè tenetur.*

2 *Obligatus se facturum & curaturum, an faciendo posse suum fideiussor excusetur.*

3 *Et quid si fuerit additum, modis omnibus, & cum effectu.*

4 *Verba, & cum effectu, quid importent.*

5 *Et quid si fuerit additum, modis omnibus, & cum effectu, ita vt faciendo suũ posse non excusetur.*

6 *Cæsar Vrsillus nõ bene adduxit consil. Deciĳ & Soc.*

7 *Promittens factum alienum, & in casu contrauentionis obligans se velle teneri de proprio, faciens totum posse non excusatur, & fideiussor tenetur.*

8 *Contractus & conuentio ex contrahentium voluntate formam accipiunt.*

9 *Marantæ considerationes ad decis. Afflict. 2. 5. non procedunt.*

10 *Communis opinio & dec. Sac. Cons. procedunt absque difficultate præterquam in vno casu.*

11 *Fideiussiones prædictæ quomodo hodie concipiãtur vt fideiussores quoq; sint obligati.*

12 *Obligatus ad alienum factum in stipulationibus prætoriĳs iudicialibus, an ad factum præcise teneatur absque alia excusatione.*

13 *Ratio differentiæ, quare in obligationibus facti alicuius conuentionalibus quis præcisè non tenetur, & in iudicialibus sic.*

14 Ratio prædicta, quæ communiter traditur, an sit sic simpliciter tenenda, & recipienda.
15 Fideiussor in iudicialibus stipul. an vltra mortem principalis sint etiam alii casus, in quibus possit se excusare.
16 Habilitatus sub fideiussoribus, si ex alia caussa fuerit bannitus, vel primo fuerat male captus, an fideiussores teneantur.
17 Reus principalis si mutauit statum, vt quia fuerit effectus clericus, an fideiussores teneantur.
18 Consideratio noua authoris circa dictam differentiam inter conuentionales & prætorias stipulationes.
19 Voluntatis impedimentum an admittatur in prætoriis stipulationibus.
20 Mora quamvis resolui poßit, tamen ante resolutionem dicitur esse mora.
21 Ratio differentiæ tradita per Iasonem an sit vera.
22 Iudicium redditur in inuitum.
23 Nemo præsumitur velle suum iactare.
24 Iuramentum facit præsumere, quod quis magis deliberate ad actum accedat, & quod casus omnes saltem in genere cogitauerit.
25 Ratio noua differentiæ traditur per authorem.
26 Pœna quando committatur ratione inobedientiæ & contemtus.
27 Quando durius agitur cum lege seu iudice, quam cum homine.
28 Practica seu Modus procedendi contra dictos principalem & fideiussores.

DISCVTIAMVS nunc decimum nonum Modum fideiubendi, qui erit, quando quis promisit, ac se obligauit, se facturum, & curaturum, quod aliquid fiat, vel quod alius quid faciat, vtpote, quod ratificet, vel renunciet, & huic promissioni seu obligationi fideiussor intercessit, quæritur, † quomodo, 1
& quando teneantur fideiussores, & quomodo contra eos sit procedendum? Quoad primum sunt consideranda verba, quibus huius fideiussionis obligatio fuerit stipulata, ac concepta. Sicut enim varie ac diuersimode obligatio ac stipulatio dictæ fideiussionis concipi potest, ita vario, & diuerso modo fideiussores teneri possunt, ac plus vel minus, prout fideiussionis verba patientur.

Primo itaque modo stipulatio taliter concipi poterit, videlicet, *promisit se facturum, & curaturum modis omnibus*, & tunc principalis faciendo posse suum excusatur, & consequenter nec † fideiussor tenetur, *vt in l. si vehenda, §. idem iuris, ff. ad leg. Rhod. de iact. leg. 2. Afflict. l. quis caut. l. si stipulatus fuero, & l. continuus, §. illud, ff. de verb. obligat. & doct. in d. locis*, vbi dicunt hanc esse communem opinionem, *vt etiam Abb. in cap. significantibus de offic. deleg. & in cons. 90. incip. videtur quod fideiussores, & Ferrar. in caut. 43. Bart. in cons. 236. incip. Martinus promisit, & Hippol. in rubrica de fideiuss. q. 20. num. 115.* 2

Secun-

Secundo concipi taliter poterit, *promisit se facturum*, † *& curaturum, modis omnibus, & cum effectu*, tuncq; aliqui dubitauerunt quoad pœnam, & interesse, propter iuramentum appositum, ac illa verba, *& cum effectu*, & nihilominus concluserunt, quod principalis faciendo posse suum excusatur, & consequenter fideiussor nō tenetur, *vt Doct. in allegat. locis*, & signanter Franch. de Aret. *in l. si ita stipulatus, §. possum, ff. de verb. oblig. & in consi. 143. incip. ex facto proponitur*, vbi dixit, quod hæc verba,
4 *& cum effectu*, † non aliud important, nisi quod simpliciter, & bona fide, & sine fraude curabit, faciendo omnem suam diligentiam, vt factum promissum attendatur: sed non obligant promittentes ad impossibile: & ita tenet communiter doct. vt sequitur, & refert Decius *in consil. 312. sub num. 2. & refert Capic. in decis. 93. post num. 7. & Mar. in sua disput. 7. num. 16. & 20.*
5 Tertio concipi poterit hoc modo, vt, † *promisit, se facturum, & curaturum modis omnibus, & cum effectu*, ita vt faciendo suum posse nōn excusetur, vt in casu dec. Afflict. 295. vbi refert fuisse magnam altercationem inter Doct. prout eam reassumit cum maiori apparatu Gram. *in quæst. 2. post decis.* Demum concludunt, Sac. Cons. semper in fauorem promittentis iudicasse, quando probauerit fecisse totum suum posse, & omnimoda diligentia fuisse vsum,

se visum, vt etiam attestatur Cap. *in alleg. decis. 93. num. 8.* & nouissime Vrsillus, *super d. decis. 295. post num. 2.* dixit Sac. Cons. semper iudicasse pro hac opinione, & adduxit alium casum in anno 1546. in quo similiter Sac. Cons. iudicauit pro hac opinione, licet deinde ipse referat aliquos Modernos, ( vt ipse ait ) qui tenerunt contra illam deliberationem Sacr. Consil. & inter alios Dec. *in cons. 312. & 324. & 439. secundum meam impressionem, & Soc. in consil. 288. incip. circa primam, &c.*

Sed certe considerando Vrsillus non bene adduxit dictos dominos consulentes, † vti 6
contradicentes dictæ communi opinioni Sac. Consil. tot sententiis confirmatæ. Nam præcise Decius in omnibus dictis consiliis non negat communem opinionem esse veram, prout etiam Sac. Cons. iudicauit: sed in illis casibus supponit verba stipulationis fuisse pinguiora, ac magis particularia, & exprimentia voluntatem promittentis, quod voluerit omni modo in omnem casum teneri. Nam nedum promisit se facturum curaturum, modis omnibus, & cum effectu, ita vt non possit excusari fecisse posse suum, & alienum factum promisisse: sed etiam promissor dixit, ac se obligauit, quod volebat in casu contrauentionis teneri de suo proprio, † & ita similiter 7
supposuit Socin. *in alleg. cons. 288.* vt refert Dec. *in d. cons. 312. & 439. post nu. 8.* in quibus consil.

ratio-

rationem adducit, vt ideo tali casu promissor teneatur, quia promissio fuit facta sub tali forma verborum, ex quibus apparet, quod ille qui promisit, voluit omnino obligari ad interesse, vel ad pœnam, casu quo factum promissum non adimpleretur, ac constat aperte
8 de voluntate contrahentium, ex † qua contractus & conuentio legem ac firmitatem accipiunt, *vt in l.* 1. §. *si conuenerit, ff. depos. & in l. contract. de reg. iur. cum similibus.*

Similiter non bene Vrsillus *in eadem dec.* 295. adduxit pro opinione communi, & Sac. Cons. Marantam *in alleg. disput.* 7. nam in ea Marant. aperte concludit contra authoritatẽ Sac. Cons. & ibi, *num.* 25. cogitur respondere ad d. decis. 295. & nititur nouam dare intelligentiam, videlicet, quod licet in positione casus illius decis. dicatur, fuisse apposita illa verba, ita vt non excusetur fecisse suum posse, &c. tamen in discursu decis. mouetur per illud cons. Are. 143. & per nonnullas alias doctrinas, quæ loquuntur solum, quando promisit quis se facturum, & curaturum, sine adiectione illorum verborum, & per d. l. *si vebenda.* Nec in d. decis. dicitur, ꝙ ita fuit decisum in pleno consilio, sed solum referuntur ibi opiniones, vnde per ea quæ habentur in d. decis. non tolli obstacula per ipsum adducta contra communem opinionem.

Sed salua eius memoria, dictæ considera-
9 tiones ad d. decis. insulæ sunt, † & nullius momen-

momenti: nam Sacr. Conſ. iudicauit pro cõmuni opinione, & ſecundum eas authoritates, quib⁹ comunis opinio ſuſtinebatur, quę authoritates ſupponebãt caſum, quando fuiſſet promiſſum, ſe facturum & curaturum, ac fuiſſet promiſſum factum alienum cum pœna, *vt per Iaſon. in l. ſtipulatio iſta, poſt num. 10. ff. de verb. oblig.* & ſecundum dictas authoritates Sac. Conſ. iudicauit, etiam in illum caſum: nec non apparet aperte illud dubium ibi fuiſſe deciſum in fine illius deciſ. dum dicitur, *& fuit dictum, quod dictus Troilus non moleſtaretur*. & præſupponendo terminos habiles & communes, neceſſe eſt dicere, quod Sac. Conſ. dixit, illum non eſſe moleſtandum, ſcilicet mediante ſententia. Quod ſi explicite non dixit Afflict. clariſſime tamen expreſſit Capic. *in d. deciſ. 93. & Gram. in d. quæſt. 2.*

Conclude igitur communem opinionem † ac deciſ. Sac. Conſ. eſſe veriſſimas, ac procedere, præterquam in caſu per Dec. *in alleg. conſ.* 10
poſito, quando videlicet fuiſſet per promiſſorem dictũ, ꝙ etiam in caſu contrauentionis volebat teneri, & obligatum eſſe de proprio: nam tunc etiam ſi fecerit quicquid potuit, tenebitur ad pœnã, & intereſſe, ſi explicite factũ non fuerit adimpletum, vt etiam nouiſſime hunc modũ poſuit Franc. Viuius *inter ſuas commun. opin. 255. ſeu 670. in nouiſ.* & Vrſill. *ſuper d. dec. 255. nu. 6.* vbi etiã dicit, ꝙ promiſſor dicere de-

re debet, *obligando me principaliter, & in solidum.* Et ita hodie existimo communiter has obligationes & fideiussiones concipi ad fi-
11 nem, † vt fideiussores teneantur. Et quamuis Ias. *in d. l. stipulatio ista*, validissimas adducat rationes contra comm. tamen Dec. *in d. consil. 313.* acutissime respondet ac eneruat, dicens, durum esse contra stimulum calcitare, &c.

Sed aduerte: nam omnia prædicta locum vendicabunt in stipulationibus conuentionalibus, & extra iudicium stipulatis, secus vero
12 in stipulationibus prætoriis, † ac in fideiussionibus penes acta stipulatis: nam in istis, si quis promiserit se facturum & curaturum, vtputa quod aliquis stet iuri, vel in iudicio sistat, & se præsentet, vel aliter, &c. tunc faciendo quis suum posse non excusatur, sed præcise tenetur ad factum, *vt probatur in l. sancimus,* C. *de fideiuss. tex. glos. & Bart. communiter alij in l. quoties quis, ff. de verb. oblig. Ias. in d. l. stipulatio ista. num. 4. versi. limita igitur primo. Ange. in §. si quis eum. Institut. de inutil. stipul. dec. in d. consil. 312. post nu. 1. vbi rationem adducit ex auth.*
13 *Bal. in d. l. sancimus.* † Vt ideo hoc sit, quia hæc difficultas inhæserat à principio tempore factæ obligationis, ac promissionis, & propterea non debet à pœna excusari, nisi in vno casu, qn̄ principalis præsentandus decessisset, *vt in l. si decesserit, ff. qui satisd. cog.* Et ita etiam tenuit Maran. *in alleg. dispu. 7. num. 21. & 24.* &

nos

nos quoque diximus *supra in tertio modo.* Semper enim hodie in obligationibus fideiussionum penes acta dicetur, qui curare habeant modis omnibus, &c. quod quandocunque à Curia fuerint requisiti, &c. *vt per Carraui. super Ritu 159. in 1. not.*

Sed cogita: nam hanc differentiam, quam cõmuniter Doct. colligunt ex d. l. *quoties quis.* inter stipulationem conuentionalem † & prætoriam, existimo non esse sic simpliciter recipiendam, prout etiam Iason videtur eã impugnare *in d. l. quoties, in fin.* Et primo non videbitur absolute verum, quod præfati Doct. adducunt, in fideiussionibus prætoriis non posse fideiussorem excusari, nisi per mortem principalis, *vt d. l. si decesserit.* Nã etiã præter mortem se excusare poterit, † vt quando principalis fuerit à Magistratu detentus, *ex l. 2. §. fin. si quis cau.* vel quia principalis, ex quo infra tempus fuit accusatus, & bannitus de crimine, aufugit, † *per text. & Doct. in l. sed & si quis, in princ. ff. eod. tit. si quis caut. & Spec. in tit. de accu. §. sequitur. num. 17. vers. item quæritur,* & late sustinet Hippo. *in d. rubr. de fideiuss. q. 150.* Et similiter si principalis fuerat male captus, fideiussor poterit eum excusare, & non repræsentare, ac defendere, fuisse male captum, *vt not. Doct. per illum tex. in l. si eum, ff. si quis cau. & in d. l. sancimus, §. & si quidem, C. de fideiuss. Hippol. in d. rubr. q. 14. num. 136.* Similiter principalis qui

14 (margin, beside "inter stipulationem conuentionalem †")
15 (margin, beside "tem se excusare poterit, †")
16 (margin, beside "aufugit, †")

17 mutauit statum, vtputa, † si fuerit effectus clericus, fideiussor non tenetur, sed excusatur, *vt late probat Hippol. in ead. rubr. q.12. nu.112.*

Item multis aliis modis poterit esse impeditus principalis, qui ipsi & suo fideiussori excusationem præstant, *vt in d. l.2. & in transcursu totius illius tit. ff. si quis caut.* Sicq; videmus, in stipulationibus prætoriis præter casum mortis, etiã competere excusationem. Quare igitur potius in conuentionalibus, quam in prætoriis stipulationibus fideiussores excusari non debeant, si suum posse fecisse probauerint, & leges excusationũ caussas tribuant? Vt ita Iason videtur residere *in d.l. stipulatio ista post num. 10.* & retulit Dec. *in d. cons. 312. col.1.* & Mar. *in d. disp. 7. num.21.* Addo prædictis, quod si consideremus alleg. dec. Afflict. 291. apparet, ibi fuisse conuentionalem stipulationem: tamen dũ defenditur ibidem, ꝙ si promissor fecerit quicquid potuit, nec valuit ad effectũ producere, excusetur, dicta defensio fundatur ex *d. l. 2. ff. si quis caut.* quã in prætoriis stipulationibus loqui apertũ est, *vt glo. not. in l. continuus, §. illud. in verb. non potest. ff. de ver. oblig.*

Itaq; quid dicemus? Dicerẽ ego hoc modo, ꝙ in stipulationib⁹ cõuentionalibus se facturũ, † & curaturũ, &c. siue impedimentũ na-
18 scatur ex parte fideiussoris, respectu impossibilitatis ex pſona ipsius, siue ex impossibilitate personæ, seu voluntate principalis, vt quia dicat,

tat, *nolo venire, nolo ratificare, nolo renunciare*, & promiſſor ſeu fideiuſſor fecerit quicquid potuerit, vt ille ratificaret ſeu renunciaret, & ille noluit, ſecundũ opinionem cõmunem excuſatur. Sed in Prætoriis ſtipulationib⁹ præter impedimentũ impoſſibilitatis reſpectu pſonę †non admittitur impedimentũ voluntatis, vt- 19
puta, fideiuſſor vult repræſentare principalẽ, ille dicit, nolo venire, nolo me præſentare, nõ per hoc fideiuſſor excuſatur, etiamſi fecerit quicquid potuit, non accedente alio impedimento pſonę, vt quia pp nouũ delictũ aufugerit, vel impeditus fuerit à magiſtratu, vel aliter, vt ſupra poſuimus, & hanc intelligentiam credo ſenſiſſe Iaſ. *in d. l. ſtipulatio iſta, poſt nu 10.* dũ allegat. *d. l. ſancimus. & d. l. quoties quis, ibi, ſi fecit quantum potuit, vt ille ſiſteret, & ille noluit ſiſtere, incidit in pœnã, &c.* Sicq; nõ dicit, nõ potuit, ſed voluit, & proinde non fuit realiter à Dec. relatus *in d. conſ. 312. in col. 1.*

Non obſtat modo tex. *in d. l. Sancimus.* Nam aut dico, quod ibi erat impedimentum voluntatis, vt Iaſon dicere videtur, & ideo non excuſatur, & pœna cõmittitur: vel ſecundum Dec. *in alleg. conſ. 312. nu. 4.* dico, ꝙ ille tex. nihil facit, quia loquitur in illo, qui erat in mora: non ergo mirũ, ſi nõ excuſatur à pœna. *l. quod te, ff. ſi cert. pet.* Et licet ibi eſſet in tempore, quo mora purgari poſſet, tamen hoc nõ tollit moram: nam mora quamuis reſolui potuiſſet,

nihilominus ante resolutionem dicitur esse
20 in mora, † *per ea quæ not. glos. in l. 2. ff. de in diem addict.*

Nec similiter obstat d. l. *quoties quis:* nam ibi non dicitur aliud, nisi quod in stipulationibus prætoriis de sistendo, & si pœna non adiiciatur, adiecta intelligitur, nisi steterit: sed non dicitur, quod si promissor non potuit sistere propter personæ impossibilitatem, nõ excusetur, vt est nostra quæstio. Ac retenta dicta declaratione possumus inuestigare rationem differentiæ, cur in conuentionalibus admittatur impedimentum voluntatis, in prætoriis vero minime. Ias. *in d. l. stipulatio ista, nu. 4.* inquit, quod in stipulationibus prę-
21 toriis † æquitas, quam prætor ante oculos habet, *vt in l. quod si Ephesi. ff. de eo quod cer. loco.* interpretatur hoc, vt valeat promissio facti alieni, sicut de iure canonico ex eadem æquitate facti alieni promissio valet indistincte, *vt per Ant. in c. ex literis, il 2. & in c. sicut ex literis, de spon.* Sed hanc rationem Iason ibi iure aliquo nõ fundat, nec ego video quomodo fundari possit; imo si æquitatem consideremus, sicut secundum Canonistas, de æquitate promittens se curaturum facturum, &c. in conuentionalibus excusatur, si probauerit totum posse fecisse, *vt per Afflict. in alleg. decis. 295. & Gram. in d. q. 2. post num. 8.* Ita etiam eadem æquitas operari deberet in Prętoriis stipulationibus,

nibus, quod non est: nam non excusatur faciendo totum posse, vt sup. Ideo idem Iason *in eadem l. stipulatio ista, num. 10. ex mente Bal. in d. l. sancimus*, aliam videtur adducere rationem, videlicet, quod in Prætoriis stipulationibus ista difficultas non repræsentandi inerat à principio, tempore factæ promissionis, igitur non debet excusari à pœna, & eandem refert Deci. *in d. cons. 312. col. 1.* quam ipse sic declararem, vt dicta difficultas inerat à principio, quia fideiussor poterat à principio scire, & cogitare, quod ille noluisset se repræsentare: nam iudicium redditur in inuitum, *l. inter stipul. §. 1. ff. de verb. oblig.* Et ideo 22 quando promisit † se curaturũ facturum, videtur in illũ casum promisisse, scilicet quando ille noluisset se repræsentare, & proinde non excusatur. Sed quando quis promisit se facturum & curaturum, quod aliquis renunciet, seu ratificet, non potuit à principio considerare, quod ille noluisset ratificare: & ideo non videtur in hunc casum promisisse, nec tenetur, & excusatur. Hæc ratio posset prima facie satisfacere, si ratio diuersitatis vera esset, quod in prætoriis potuit à principio cogitare, in conuentionalibus minime. Sed non video, quomodo hæc ratio considerari possit diuersa magis in vno quam in alio casu, cum cogitatio sit actus intellectus & voluntatis, & vterque cogitare potuit, sicut fideiussor in iu-

dicialibus, quod principalis non libenter se repræsentasset: ita promissor facti alieni, in conuentionalibus ꝙ filia vel vxor nõ renunciasset, nec ratificasset, cum nemo præsumatur velle † suũ iactare, *vulg. l. cũ de ind. ff. de prob.* eo magis, quia vtroq; casu iuramentũ interuenit, per ꝙ quis censetur magis deliberate ad actũ faciendũ accedere, & omnes casus, qui talẽ in genere considerari possent, † cogitasse, *vt per Alex. in cons. 133. col. 3. li. 5. num. 11. per tex. in l. sub prætextu l. a 2. C. de transact. & l. qui iure mil. ff. de mil. test. & c. ex rescripto, & ibi Bal. de iureiur. & ita argumentatur Mar. in dicto disput. 7. num. 8. & 9.*

23

24

Vnde ego (saluo tamen semper saniori iudicio) hanc dicerem dari posse diuersitatis rationem, vt in iudiciis ideo hoc sit propter authoritatem ipsius iudicis, † ac iudicii calorem, vt in simili dixit Specul. *in d. tit. de accus. §. sequitur. post num. 15. vers. aut non promisit,* dum alleg. tex. *in l. 1. ff. si quis iud. dic. non obtempe.* Satis enim vilesceret iudicis authoritas, si habilitati ad ipsorum voluntatem se repræsentare possent, & dum essent requisiti, dicerent, noluमus venire. Hæcq; responsio sufficeret ad excusandum fideiussorem, ideoque illa pœna tunc committitur † ratione inobedientiæ, vt in simili dixit glos. *in auth. de iudic. §. quia vero, in verbo, per mulctam, & Angel. in l. apud Celsum. §. Labeo, ff. de doli excep. per tex. in c. &c. ibi glos. pen. de matr.*

25

26

*de matr. contr. contra. & l. fin. ff. ne quid in loco publ. l. contumacia, §. contumaces, ff. de re iud. & vide Gra. in decis. 95. & Carau. super Ritu 163. post num. 2. in nouissime impressis.* Secus vero in conuentionalibus, in quibus nullus iudicis contemtus considerari potest, & proinde facilius excusari potest, nec ad pœnam tenetur, faciendo posse suum, quod sufficit ad euitandũ, ne teneatur pro partis interesse, *vt d. l. si vehenda. cum simil. supra alleg.* & ea ratione. Nam quã- 27
do contenditur lex, seu iudex minister † legis, durius agitur cum lege seu iudice, quam cum homine, *vt per Bal. in l. Celsus, num. 4. ff. de arbit. & facit. tex. in l. si libertus, ff. de iure patr. & not. per Bart. secundum vnam opin. in l. amplius non petit. num. 2. ff. rem. rat. hab. & in l. si insulam, post nu. 9. ff. de verb. oblig. cum simil.* Remanet itaq; cõclusio, ꝙ impedimentum voluntatis admittitur in conuentionalibus stipulationibus ex persona eius, qui factum adimplere debebat, ac prodest promissori facti alieni, nisi adsit collusio, & fraus. Sed in prætoriis & iudicialibus non admittitur, propter iudicis authoritatem, ac iudicii calorem: impedimentum autem personæ, tam in conuentionalibus, quam in iudicialibus esse admittendum, & prodesse, declarando tamen, vt supra.

Quo ad secundum vero, quomodo sit procedendum contra dictos fideiussores? † Dic 28
quod quo ad fideiussores datos in con-

uentionalibus extra iudicium, apertissimum est, contra ipsos procedendum esse ordinarie, ipsis citatis, requisitis, auditis, legitime conuictis, & condemnatis, *arg. l. si penum, ff. quando dies leg. ced. Oldrad. cons. 142. incip. tota præsens quæstio, per tex. in l. 1. §. non exigit, ff. vt in possess. lega. cum aliis allegat. per Dec. in d. cons. 439. post num. 5.* Quo autem ad fideiussores datos in iudicio, & penes acta obligatos, vt de repræsentando & similibus, posuimus practicam supra *in 3. 4. & 5. modo*, ac etiam aliis sequentibus, in quibus videas.

## MODVS XX.
*Et Vltimus.*

### SVMMARIVM.

1 *Fideiussio de extrahendo aliquem indemnem, & illæsum, ab aliqua obligatione, est magnopere in vsu.*

2 *Fideiussio hæc est communis ad omnes fideiussionis Modos.*

3 *Fideiussio hæc an assimiletur vicariæ fideiussioni. Vicaria fideiussio quæ, & quando præstetur, ibidem.*

4 *Fideiussio hæc est tertia obligatio, & quasi quoddam propugnaculum inest primæ obligationi tacite.*

5 *Natura fideiussionis continet, quod fideiussor conseruetur indemnis, & si expresse non sit dictũ.*

6 *Fideiussores indemnitatis qui proprie vocantur.*

7 *Fideius-*

7 Fideiussores prædicti, etiam si renunciauerint beneficio de fideiuss. tamen non possunt ante excussionem principalis conueniri, & quare.
8 Verbum, promitto indemnitatem, quid significet.
9 Principalis si fuerit notorie non soluendo, an hic fideiussor teneatur absque excussione.
10 Authoris noua consideratio circa prædicta.
11 Fideiussor indemnitatis obligatur statim, sed exactio suspenditur in casum.
12 Verba, quibus hæc stipulatio fuerit concepta, sunt attendenda.
13 Fideiussio hæc quomodo hodie concipiatur.
14 Fideiussori huic competit exceptio excussionis, etiam si renunciauerit, quando tamen opposuerit.
15 Fideiussor prædictus, an post litem contest. possit dictam excussionis exceptionem opponere.
16 Fideiussor prædictus, si renunciauerit excussioni, ac omni alii legum auxilio, & beneficio, an nihilominus excussionem opponere possit.
17 Fideiussor prædictus si fuerit obligatus cum iuramento, an talem exceptionem opponet.
18 Fideiussor prædictus, si fuerit obligatus vti principalis, an hanc exceptionem opponet.
19 Fideiussor dictus si fuerit obligatus cum clausula, etiam ante damnum passum, an excussionis exceptionem opponet.
20 Limitatio noua per authorem tenditur.
21 Notarij hodie quomodo cumulent renunciationes contra fideiussores.

22 Quæstio posita per Iasonem in l. fin. ff. si cer. pet. an procedat.
23 Residui appellatione quando totum contineatur.
24 Fideiussor indemnitatis an teneatur ad damna & interesse.
25 Modus procedendi contra dictos fideiussores.
26 Excussio quo ordine, & quomodo fiet.
27 Clausula etiam ante damnum passum, quid operetur.
28 Primi fideiussores quando agent contra secundos indemnitatis ante condemnationem.
29 Differt quod primi fideiussores agere velint ad solutionem, vel ad liberationem.
30 Fideiussores prædicti indemnitatis, an sint prius citandi, & requirendi.
31 Contra dictos fideiussores, quando procedi potest, absque citatione, & requisitione.
32 Practica super modo procedendi contra prædictos.
33 Ex facto non adimpleto post moram succedit condemnatio ad interesse.
34 Fideiussor arrestatus per creditorem an possit capi facere principalem debitorem, etiam per iudicem non competentem.
35 Pœnæ non irrogata indignatio solam duritiam continet.
36 Debitor pluribus modis potest liberare, ac indemnem facere fideiussorem, & ideo est requirendus.
37 Beneficia omnia quæ cuilibet fideiussori competere pos-

*re possunt, & quibus ipse renunciare posit, & quomodo.*

38 *Beneficium cedendarũ an includatur in generali.*

39 *Fideiussor an posit se iuuare exceptione cedendarum contra creditorem, qui liberauit alium fideiussorem in solidum obligatum.*

REMANET itaque vigesimus & vltimus Modus fideiubendi, qui est, quando quis fideiusserit extrahere aliquem indemnem, & illæsum ab aliqua obligatione à se facta; hæcque fideiussio est magnopere in vsu, tam in iudiciis, † quã extra, *vt per Mar. in par. 6. memb. 8.* 1
*num. 19.* vbi de hac breuissimis verbis se expedit, eaq; pauca, quæ adducit, procedunt de mero communi iure. Nos vero latius, & primo dicamus, quod hunc modum ideo vltimo loco posuimus, † quia est communis ad 2
omnes alios modos fideiubendi, supra p nos positos, ac etiã ad alios, quos in hoc opere non deduximus, ex quo non sunt ita in iudiciis ac in contractibus frequentes, & de per se quisq; studiosus inuestigare poterit, ex quibus aliquos posuit Mar. *in loco proxime allegato, nu. 25. vsque ad finem,* Hic itaque modus non est prima, nec secunda obligatio ad factũ, sed est tertia: coniungitur autem quodam vinculo cum prima, & secunda, sicut fideiussio vicaria, quæ præstatur, † quãdo sunt plures inqui- 3
siti, nec inueniunt fideiussores extraneos:

nam

nam tunc vnus pro alio fideiubet, *vt disponit Ritus 163. incip. Item pro quolibet denunciat. & Carau. super eo tit. not.* Vnde sicut illi sunt obligati quodam ordine successiuo, vnus post aliũ, ita etiam fideiussores indemnitatis veniunt quodam successiuo ordine à prima obligatione principalis debitoris, ac à secunda, scilicet eius fideiussoris: Exemplum, quis se obligauit ad factum seu aliter, hæc est prima, dedit fideiussores, hæc est secunda, *vt in auth. præsente C. de fideiuss.* Et quia hi fideiussores dubitant de damno, ne contingat soluere pro prima obligatione, volunt se reddere tutos, ac securos, & ideo petunt alios fideiussores à principali, qui promittant, ac se obligent in casu, quo ipsi fuerint coacti satisfacere pro principali, extrahere ipsos indemnes, & illæsos à dicta fideiussione, & secunda obligatione, ac penitus sine damno.
4 † Sicq; hæc est tertia fideiussio, seu obligatio, & est quasi quoddam propugnaculum ad secundam, inestq; tacite primæ & secundæ obligationi hæc tertia, etiam quod non sit expressa, *vt per Bald. in l. constitutionibus, in princ. C. de vsur.* vbi dicit, quod de natura fideiussionis est, quod fideiussor conseruetur indemnis, licetq; hoc ei
5 non sit expresse promissum, † tamen inest tacite, *vt ex tex. not. in c. peruenit. extra de fideiuss.* Sed cautius est habere expressam tertiam obligationem, & cum aliis fideiussoribus. Et ita

consu-

conſulo, ne quis diſpendium patiatur, vnde præmium ſperabat, *vt dicit tex. in d. c. peruenit,* Et prædicti vocantur fideiuſſores indemnitatis, † qui ſecundum Doct. differunt ab aliis fideiuſſoribus in aliquibus. 6

Et primo, quia primi fideiuſſores conueniri poſſunt ante principalem, ſi renunciauerint beneficio excuſſionis, præſtito *per d. Auth. præſente, de fideiuſſ.* vt notum eſt, & quotidie practicamus: ſed iſti ſecundi fideiuſſores indemnitatis, etiamſi renunciauerint dicto beneficio, & Auth. † tamen non poſſent ante 7
principalis excuſſionem conueniri, & hoc ex natura obligationis, & non ex beneficio fideiuſſionis, *vt inquit Bart. in l. 1. C. de conu. fiſci. debit. lib. 10. & in l. quæro ff. loc. Alex. Caſt. Iaſ. & alii in l. fin. ff. ſi cer. pet. vbi Dec. dicit hanc eſſe commu. opin. & Canoniſtæ in c. ex reſcripto. de iureiur. ſequitur Mar. ſimpliciter in d. memb. 8. num. 19.* Et ob id Bar. *in d. l. quæro.* dixit, quod verbum promitto indemnitatem, ſonat, hoc eſt, † illud 8
quod ab iſto conſeruare non poſſes, *allegat. l. ſi ſtipulatus, §. 1. ff. de verb. oblig. & l. 1. C. de ſent. quæ ſine certa quant. & d. l. 1. C. de conuen. fiſ. debit.* Quod tamen ab Alex. clarius ponitur *in conſ. 32. in princ. vol. 4.* dum dicit: Indemnitatem, id eſt, id quod à principali ſeruari non poterat, allegat eadem iura, & idem *in conſ. 29. num. 22. lib. 7.* Ac Sac. Conſ. hoc idem iudicaſſet, niſi † ille principalis fuiſſet notorie

non

non soluendo, & propter hoc ibi omissa fuit excussio, *vt per. Afflict. in dec. 318. & Neguf. de pignor. par. 8. memb. 1. num. 24. ver. & primo fallit. 1.* & Bal. *in l. si pro ea, q. 11. C. mand.* dixit, quod quandoq; fideiussor promittit seruare indemnem creditorem, & tunc non poterit conueniri ante excussionem, vt est commu. opinio, *per d. Auth. præsente.* ꝙ quādoq; reus promittit seruare indemnem fideiussorem, & tunc habet latiorem, ac pleniorem significatum, *vt in d. c. peruenit, de fideiuss.*

Sed aduerte: nam si nomen attendimus, dici posset, ꝙ sicut stipulatio iudicatum solui committitur statim, quod iudicatum fuerit, *vt in l. 1. vbi not. ff. iudic. sol. cum simil. quæ adduximus supra in 12. modo,* ita hæc stipulatio indemnitatis, si nomen attendimus indemnitatis, id est, sine damno, † statim quod fideiussor primus pro principali soluerit, & sic damnum passus fuerit, deberet posse agere contra secundos fideiussores indemnitatis absque excussione principalis. Et pro hac opinione faciunt dicta per Bal. *in d. l. si pro ea in 12. quæst.* dum dixit, quod quando debitor promittit seruare indemnem fideiussorem, habet hæc promissio latiorem, & pleniorem significatū. Nec obstat tex. *in d. l. si stipulatus, §. 1.* nam ille tex. loquitur, quando quis promiserit soluere pro alio, casu quo ille non soluisset, vt ibi secundum aliquos, ac habet quam plures intellectus,

10

tellectus, & ideo allegari non potest ad quæstionis decisionem. Nec similiter obstat tex. *in d.l.1. C. de conuen.fisc. deb.* nam ibi speciale fuit in fideiussore Magistratus, ac etiam plures habet intellectus. Eodemque modo non obstat tex. *in l. fin. ff. si cert. peta.* nam ibi expresse dicitur, quando minus consequi possum à Titio, & pro hac opinione faciunt omnia allegat. per Alex. *in alleg. consil. 32. num. 3.* ex dictis per Bal. *in dicto l. 1. C. de conu. fisc. deb. in princip.* videlicet quod fideiussor indemnitatis obligatur statim, † sed exactio suspen- 11
ditur in casum; scilicet excusso principali; Nam non obligatur per modum conditionis, sed per modum caussæ, vnde obligationem non suspendit, sed tantum exactionem, vt ibi per Alex. qui pluribus mediis comprobat, agi posse contra fideiussorem indemnitatis, non excusso principali, si hæc excussionis exceptio non fuerit opposita, vt etiam hoc sensit aperte Bal. *in l. cum eorum, C. de sent.* per illum tex. *in vltim. opposi.* Proinde dicerem, esse attendenda verba, quibus stipulatio concepta fuerit, vt si principalis, † vel 12
secundi fideiussores se obligauerint extrahere indemnes, & illæsos primos fideiussores, sic simpliciter, nullis aliis verbis adiectis, tunc tenerem, quod statim secuto damno, & facta solutione per primos, possit per eosdem procedi contra secundos fideiussores indemni-

demnitatis absque alia excussione principalis, & hoc quia ita sonant verba promissionis, *arg. eius quod diximus de fideiussione iudi. solui. & not. per Bal. in d.l. cum eorum. num. 5. in vlt. opposi.* Vel principalis, & secundi fideiussores promiserunt extrahere indemnes & illæsos primos fideiussores, tunc & quando principalis non fuerit soluendo, & tunc res non habet difficultatem, *per tex. in d. l. si stipulatus, §. 1. secundum vnam lecturam, & in d.l. fin. ff. si cer. pet.* Sed considerabam aliquando has disputationes, & subtilitates Doct. de iure communi hodie
13 cessare. † Nã cum hæ fideiussiones indemnitatis concipiuntur, obligantur principalis & secundi fideiussores, extrahere indemnes & illæsos primos fideiussores, ac penitus sine damno in omnem casum & euentum, etiam ante damnum passum, apponunturq; iuramenta ac renunciationes in amplissima forma, vt infra dicemus.

Sed retenta communi opinione, cum non liceat contra stimulum calcitrare, limitatur per Alex. *in alleg. cons. 32.* tribus modis: Primo
14 † vt exceptio excessionis principalis competat fideiussoribus indemnitatis, etiam quando renunciauerint dicto beneficio, si & quando ipsi dictam exceptionem opposuerint: alias si non opposuerint, procedet iudicium exactionis contra ipsos, etiam absque principalis excussione, hancq; exceptionemm prædicti

dicti opponere possent, quandocunq; etiam post litem contestatam, secundum aliquos. † Nam hæc est secunda differentia inter primos & secundos fideiussores, vt primi non possent opponere nisi ante litem contestatã, cum sit exceptio dilatoria. *vt per Bal. & alios, in l. exceptionem, C. de publ. Sali. in l. 2. C. com. diui. Paul. de Cast. in l. decem, ff. de verb. oblig. & Bar. in l. 3. ff. de excep. cum alijs adductis per Hipp. in d. Rub. de fideiuss. q. 44. num. 314.* Secundi vero etiam post litem contestatam, *vt per Bal. in d. c. ex rescrip. de iureiur.* licet Alex. *in d. cons. 32. & 29.* teneat, fideiussores quoque indemnitatis non posse opponere hanc exceptionem, nisi ante litem contestatam. 15

Secundo fallit secundum Alexan. quando dicti fideiussores nedum renunciauerint beneficio fideiussorum, sed etiam generaliter omni alii legum & † iuris beneficio, & auxilio, vt tunc non possint excussionem petere, *per doctr. Bald. in d. l. 1. C. de conu. fisc. deb. ac alias authoritates ibi per eum allegatas.* Sed Deci. *in d. l. fin. ff. si certum. petat.* impugnat hanc limitationem: dicit enim militare eandem rationem, vt non videatur derogari promissioni prius factæ de excussione, & idem tenet Iason *ibi sub. num. 3.* vbi dicit, quod ipse non videt, quomodo hæc limitatio Alex. possit practicari, cum natura conuentionis & promissionis repugnet. 16

Tertio limitat Alex. nisi in promissione fideiussorum indemnitatis, ac renunciatione
17 fuisset appositum iuramentum.† Nam ratione iuramenti nõ requireretur excussio, *vt per Bald. in d. cap. ex rescripto* Sed similiter Decius hanc limitationem impugnat *in d. l. fin. nu. 10.* nam iuramentum cõfirmat actum super quo interponitur, non autem derogat conuentioni prius factæ, *& ibidem sequitur Ias.*

Quarto limitat Alex. *in d. cons. 32. num. 10.* licet de hac limitatione nec Deci. nec Ias. aduerterint, & erit, quando prædicti fideiussores se obligauerint etiam vti principales, &
18 principali nomine: † nam tunc videntur animo nouandi se obligasse, ac tenentur tanquã principales, nec possent opponere exceptionem excussionis, *vt per glos. communiter approb. in auth. de fideiuss. in princ.* & hanc limitationem ego puto verissimam.

Quinto vltra Alex. & alios ego limito, quãdo in obligatione horum fideiussorum fuisset apposita illa clausula, videlicet, ante damnum passum, vt hodie communiter fiunt fideius-
19 siones: † tunc enim tanquam ex pacto prius conueniri possunt, *arg. tex. in d. l. si pro ea, C. mand. & in l. Lucius, ff. eod. & in d. authent. de fideiuss. §. 1. in glos. in verbo accedit.*

Sexto limita secundum me, quando per primos fideiussores non fuisset renunciatum beneficio excussionis, & ipsi excusserint principalem,

palem, & eo reperto non soluendo, fuerint ipsi exacti: nam tunc ipsi sic exacti possent agere † contra secundos fideiussores indemni- 20 tatis absque alia excussione principalis, cum iam fuerat excussus, & notorie erat non soluendo, & hanc limitationem probat casus decis. Sac. Cons. per Afflict 318. supra allega. & vide infra *in vltima quaestione principali, in 4. casu, vbi late.*

Hodie vero, vt etiam supra dixi, non existimo has limitationes fore necessarias, cum notarii ac actuarii, dum stipulantur dictas fideiussiones de ipsorũ † stylo, cumulant nedũ re- 21 nunciationem beneficii fideiussoribus cõpetentis, respectu auth. *praesente, & l. sancimus, C. eod. de fideiuss.* sed etiã omni alii iuris, seu legum beneficio, & auxilio, & etiã ante damnũ passũ, cum obligatione proprii, & principalis nominis, & in solidũ, ac beneficio epistolae Diui Adriani, & omni alii iuri, siue constitutioni, pragmaticae, loquentib⁹ in fauorem primorũ seu secundorum fideiussorum. Non omittam hic quaestionem quam Ias. *in d. l. fin. nu. 6. ff. si cer. pet.* posuit, vt puta: Titius ꝓmisit soluere Caio viginti † certo tempore, ac dedit fideiussores 22 Seium & Sempronium, qui hoc modo voluerunt se obligare, scilicet Seius voluit tantũ fideiubere ꝓ decẽ, Sempronius vero fideiussit pro residuo. Euenit ꝙ Titius debitor principalis non est soluendo. Adueniente tempore

Caius creditor egit contra fideiussores, & reperit similiter Seium primum fideiussorem, qui fideiusserat in decem tantum, non esse soluendo, recurrit contra Sempronium, qui fideiusserat pro residuo, & intendit tota viginti ab eo exigere, quæritur an possit, & Se-
23 ius teneatur ad tota viginti? Et determinat, † quod sic, ex quo appellatione residui totum continetur, *l.1. in fin. §.fi. C. de hered. instit. l. cæterorũ appellat. ff. de ver. sign.* & ꝙ ita decidit Bald. in terminis *in l. fin. §. fi. C. de vsu. rei. iud.* Sed salua memoria Domini Iasonis, hæc decisio mihi videtur satis dura, & Bal. *in lib. meo, in d. §. fin. num. 6. versic. sed quid dices*, expresse firmat, eum qui promisit residuum nõ teneri in solidum: nam obligatio fuit diuisa, & taxata per pactum, *vt in l. fideiussores magistr. §. pro Aurelio, ff. de fideiuss.*

Nec obstant leges allegatæ per Iasonem: nam loquuntur quando non reperitur alia pars, ad quam residuum adaptari possit, vt ibi inquiunt Doctores: secus hic, vbi adest alia pars taxata, & determinata. Sed an fideiussor
24 indemnitatis teneatur ad damna † & interesse? dic quod sic, *vt per Bart. in d. l. quæro, ff. loc. & in l. constitutionibus, C. de vsur. & Doct. in c. 2. extra de fideiuss.* Sed an si quis promisit aliquem esse exigibilem, alias de suo soluere, an teneatur non excusso principali? Dic quod non, *vt per Gram. cons. 14. vol. 2. Curt. iun. cons. 36. vol. 1.*

*retulit Vrsill. super d. deci. 318. nu. 3.* Sed quomodo erit procedendũ contra tales fideiussores? Et licet ex supra dictis posset etiam colligi, † tamen dicas, quod si fideiussio est stipulata absq; illis clausulis, quæ derogant excussioni, expectanda erit excussio ipsius principalis, 26
quæ† fiet eo ordine, qui per Iasonem & alios ponitur *in l. qui decem ff. de ver. oblig. & Ang. in §. sed neque in Auth. de fideiuss. Neguſ. de pign. in 1. memb. 8. par. num. 44. & Hippol. in d. rubr. nu. 22. & in sing. 220. incip. fideiussor. vbi ponit pulchrum casum.* Si autem per dictas clausulas excussioni fuerit derogatum, si non adfuerit particulariter illa clausula, *etiam ante damnum passum, &c.* non poterunt primi fideiussores exigere secundos, nisi ipsi fuerint exacti, vel saltem condemnati, vel de proximo condemnandi, *vt in d. l. si pro ea. & ibi Bald. num. 14. & Hippol. in d. Rubr. num. 217. & vide infra in 5. q. princ.* Sin vero aderit clausula, etiam ante damnum passum, † tunc quasi ex pacto possent 27
primi fideiussores agere contra secundos etiá ante condemnationem, & exactionem, *vt probatur in d. l. si pro ea, & in d. l. Lucius.*

Item alium casum excipiunt Doctores, vt primi agere possint contra secundos etiam ante condemnationem, quando secundi essent obligati per instrumentum quarentigiæ, †quod nos dicimus publicum, & liquidum, 28
secundum formam Ritus Mag. Cur. Dixerunt

 enim

enim quod tunc habentur pro condemnatis, *vt per Bar. in l. fideiussor pro venditore, ff. de fideiuss. & Bald. in d. l. si pro ea in 4. q. & in d. l. Lucius, in noua add.* Similiter si fuerint obligati per scripturam mercatorum, quæ de eorum stylo habet exsecutionem paratam, *vt per Cyn. & Bal. in l. certum. C. famil. ercisc.* Sed Paul de Castr. *in d. l. fideiuss.* reprobat dictam opinionem, quod ex instrumento quarentigiato possit statim exsequi. Dicit enim quod fideiussor sciebat à principio posse incipi ab exsecutione, & nihilominus fide dedit de soluendo, vnde deciperetur debitor, si statim ab eo posset molestari, ipso à creditore adhuc non molestato: & ideo concludit, non posse agere, nisi diu steterit in fideiussione. Bal vero *in d. l. si p ea. 4. q.* dixit post modicũ tempus: ego autem dico, nec statim, neq; diu, nec post modicũ tempus, sed tunc cũ de proximo damnũ seu condẽnatio timetur, alias nullã vtilitatem & gratiã principalis haberet ex dicta fideiussione, quod esset contra naturam mandati de fideiubendo, ꝗ fit tantũ mandãtis gratia, *vt in l. 1. ff. mand.* hocq; quando agere vellet, vt sibi solueretur, & pro quantitate debita: secus vero pro ipsius liberatione
29 vt liberaretur à fideiussione: † nam tunc amplectarer Castrensis opinionem, si diu steterit, &c. vt hoc tenuit expresse Dñs Freccia *de præsent. instrum. par. 12. q. 3.* vbi loquitur proprie in fideiussore indemnitatis, & tenet opinionẽ Bart.

Bart. condemnato tamen fideiuſſore iuxta formam Ritus.

Sed quomodo procedetur, ipſis citatis, & requiſitis, vel aliter? Et dic, quod ſi fideiuſſores † indemnitatis ſunt obligati per inſtru- 30
mentum extra iudicium, tunc porrecto libello ordinarie procedetur cōtra ipſos, mediantem conuentione, & condemnatione, *vt per Bal. in d. l. ſi pro ea, & l. Lucius.* in inſtrumentis non liquidis: ſed in liquidis procedetur exſecutiue, iuxta formā dicti Ritus 166. tamen citatis principali & fideiuſſoribus: nā etiam in inſtrumentis liquidis & quarentigiatis requiritur citatio, *vt in d. Ritu 166. & per Bal. & alios, in l. ab exſecutore, num. 6. C. quorum appellat, &c.* & ita ſeruatur in Regno. Sed in Florentia & Hiſpania ſeruatur, ſtatim viſo inſtrumento per iudicem datur præceptum Alguzeriis de exſequendo, *vt per Roder Suares in l. poſt rem. limi. 12. ff. de re iud. refert Carau. ſuper d. Ritu 166. num. 10. in 3. not. & ſuper Ritu 167. num. 9. & 10 & vide Frecciam ſuper d. quæſt. 3. in princ.*

Sin vero ſint obligati in iudicio, & penes acta, tunc ſi teneremus opinionem Cara quā ſupra in 5. modo diſſeruimus, abſque alia citatione trāſacto termino, ſi factū fuerit liquidū accuſata pœna exſequetur realiter & perſonaliter. Si autem opinionem Dn. Vincentii de Franch. quā ibidem tenuimus & defendimus, Aut hic fideiuſſor indemnitatis eſt obligatus

 obli-

obligatione, quæ continet liquidam solutionem,
31 nem, † & tunc calore iudicii erit vera opinio Cara. vt statim elapso termino accusata pœna exsequatur realiter & personaliter, absq; alia citatione, sicut communiter obseruatur in stipulationibus penes acta, quæ continent solutionem; Aut est obligatus obligatione, quæ continet factū repræsentationis, & tunc citatio necessaria est, vt ibi formauimus.

Quod autem diximus, vt quando obligatio penes acta continet solutionem liquidam possit exsequi realiter & personaliter absque citatione, poterit practicari contra fideiussorem
32 rem indemnitatis hoc modo, † vt postquam primus fideiussor fuerit vel accusatus, id est, pœna obligationis contra eum accusata, ac exsecutum, ac soluerit seu manet carceratus, possit practicari, vt exsequi possit, absque alia citatione, contra secundum fideiussorem indemnitatis, ac illū carcerari facere: ob namq; factum non adimpletum succedit post morā condemnatio ad interesse, pro quo fit exsecu-
33 tio, † *vt in l. si quis ab alio, ff. de re iud. & in l. stipulationes non diuid. §. Celsus, ff. de verb. oblig. & Bal. in l. 2. C. de sent. quæ sine. & num. 6. & in d. l. si pro ea, q. 3. & in d l. fin. num. 10. C. de vsur. rei iud.* & facit quod idem Bal. notauit *in l. cum eorum, C. de sent.* scilicet fideiussorem iudicii, qui fuit arrestatus per creditorem, posse incidenter
34 capi facere suum principalem debitorem, †

etiam-

etiamsi nullum haberet instrumentum quarentigiatum, vel ius exsequendi: nam esset crudele, quod propter perfidiam principalis non soluentis fideiussor moriatur in carcere, *vt refert Freccia in d. q. 3. num. 2. & 3. & Bald. dixit in d. l. fin. § fin. in fin.*

Antequam autem primus fideiussor sit accusatus, seu carceratus; vel contra ipsum exsecutum, seu soluerit, etiamsi dies solutionis cesserit, non poterit exsequi contra secundos absq; præuia citatione, ad dicendum caussam, quare non sit accusanda pœna contra ipsum, & exsequendum, stante quod est in termino, quo de proximo damnum pati potest, & hoc virtute illius clausulæ, (*quando adesset*) & etiam ante damnum passum, &c. Satis enim inconueniens & contra charitatem esset, vt priusquam ipse primus fideiussor nullum damnum senserit, damnum inferat contra secundos fideiussores indemnitatis, *arg. tex. no. in l. seruus ea leg. ff. de seru. expor. ibi, enimuero pœnæ non irrogatæ indignatio solam duritiam continet,* & ibi glos. *in verbo* † *affici,* notat, quod quilibet debet esse intentus, vt alii prosit, & non noceat, & æquissimum est, creditorem ita agere rem sui debitoris, sicut suam *l. 1. ff. de sol. cum simi.* hocque eo magis, quia fideiussor primus, nondum exactus, non poterit contra indemnitatis fideiussorem exsequi, vt quantitas debita sibi soluatur, vt ipse soluere pos-

sit creditori, sed tantum vt ipse liberet, & fiat indemnis, vt verbũ sonat, *vt not. in l. si quis mandato, ff. de neg. gest. & per Bal. in d. l. si quis pro ea, in 3. q. num. 10. & in d. l. 2. num. 5. & 6.* Igitur de
36 necessitate requirendus est, † vt ipsum possit liberare, & facere indemnem, quod pluribus modis fieri potest, *vt per Bald. in dicta l. fin. § fin. numer. 10.*

Nec obstat si diceretur, quod hoc modo dicta clausula, etiam ante damnum passum, nihil operaretur, ac esset frustratoria, *contra l. si quando. ff. de leg. 1. & c. si papa, de priuil. in 6. cũ simil.* Nam dicimus non esse inutilem, sed satis operari, vt possit primus fideiussor ante damnum agere, dummodo citet prius ac requirat fideiussores indẽnitatis, vt supra ostendimus, &c. Et quibus beneficiis fideiussor iu-
37 uetur, & an omnibus possit renunciare, † & quid importent dicta beneficia, vide Hippol. *in d. rubr. de fideiuss. num. 7. & num. 27. cum seq.* & licet ponat beneficium excussionis principalis, de quo in auth. *præsente, C. de fideiuss.* & beneficium diuisionis ex epistola diui Adriani, *de quo in l. fin. C. de constit, pecun. & in l. inter fideiussores, ff. de fideiuss. & in §. si plures. Instit. eod.* ac beneficium cedendarum, *de quo in l. fideiussoribus, ff. eo. & in l. Modestinus, ff. de solut.* ac beneficium & duobus reis, *de quo in auth. sed hoc ita. C. de duobus reis,* & demum ponat renunciationem generalem, & omni alteri legum, & iuris

iuris auxilio, &c. tamen oblitus fuit ponere beneficium *l. sancimus C. de fideiuss.* quod dabatur fideiussori de iudicio sisti, vt potuisset reũ repræsentare infra sex menses: cui beneficio necesse est hodie, ꝙ expresse ac specialiter fideiussor renunciet, *vt per Bart. in l. si quis, r.u.s. ff. de custod. reo. & per Bald. in l. 2. §. 1. ff. qui satisd. cogant.* Omnibus igitur prædictis beneficiis fideiussor renũciare potest, ac debet, vti in eius fauorem introductis, *arg. l. si quis in conscribendo. C. de pact. & in c. ad Apostolicam, de relig. & transf. ad relig.* sed diuerso modo. Nam vel potest vnicuiq; particulariter, & nominatim renunciare, & deinde subdere clausulam generalem, Et omni alii legum & iuris beneficio, & auxilio: qui erit tutior modus renunciandi, vel dicendo generaliter, Omni alii legum seu iuris, &c. ac beneficio de fideiussoribus, & beneficio nouarum constitutionũ, & tunc dubium est, an sub hac generali expressione cõtineantur omnia alia beneficia, ac si nominatim expressa fuissent: Et de beneficio† cedendarum Doct. dubitarunt, imo Hippol. *in eadem rubrica, nu. 29. per cons. Rom. 472.* conclusit, in generali renunciatione non includi beneficium cedendarum, sed necessariam esse specialem ac expressam mentionem. 38

Sed Affl. *in decis. 182. nu. 12. & 13.* contrarium tenuit, maxime quando fuisset dictum, beneficio nouarũ constitutionum de fideiussorib⁹, & bene-

& beneficio de fideiussoribus, *per doct. Bal. in l. 2. C. de fideiuss.* & alleg. Bal. *in l. pactum C. de colla. in 6. q.* dicentem, quod contrahentes, siue renunciantes, caueant à verbis generalibus, ne effuso sermone in periculum concidant, *vt in l. fin. C. de dotis promiss. & vide Alexand. in cons. 68. lib. 5. & Bald. in addit. ad Specul. in titul. de renunc. & conclus. vers. quatuor sunt, &c. & Afflict. in decis. 174. & Deci. in cons. 452. num. 81. & 19. cum aliis alleg. per Dominum de Franch. in decis. 18. nu. 6.*

39 & an fideiussor posset se iuuare exceptione † cedendarum contra creditorem, qui liberauit alium fideiussorem in solidum obligatum, vide Afflict. *in d. decis. 182. num. 10.* Et quid quando primus fideiussor nō se obligauit contemplatione secundi, seu diuerso tempore, an obstet exceptio cedendarum creditori, qui liberauit secundum fideiussorem, vide eund. D. de Franch. *in decis. 55. num. 10. & seq.* Et ex his ad laudē Dei omnipotentis impositus sit finis viginti modis fideiubendi: veniamus nunc ad promissas quæstiones.

*Finis primæ Partis.*

PRA-

# PRACTICAE, SEV MODI FIDEIVBENDI, ET REOS PRÆSENtandi, ac in contrauentionum casibus contra principales & fideiussores procedendi,

## Pars secunda.

Continens decem principales quæstiones: Quarum

*I. An post condemnationem principalis & fideiussoris mora purgari possit.*

*II. An fideiussor teneatur ad pœnam tantum, vel etiam ad interesse?*

*III. An fideiussor de repræsentando ad tempus possit ante tempus repræsentare?*

*IV. An fideiussor agere possit contra principalem, antequam soluat?*

*V. Fideiussio de repræsentando, in qua non fuit tempus appositum, quanto tempore duret?*

*VI. An fideiussor renouari possit inuito creditore?*

*VII. An fideiussor, bonis principalis in fiscum publicatis, creditoribus teneatur?*

*VIII. An exceptio principali competens fideiussori quoque competat?*

*IX An Moratoria seu quinquennalis, per principalem obtenta, fideiussori prosit.*

*X. & vltima, An fideiussor conueniri possit absq; principalis excussione, & in quibus casibus?*

QVAE-

## QVAESTIO I.

### SVMMARIVM.

1 Principales & fideiussores an post moram incursam, & condemnationem pœnæ contra ipsos factam, possint moram purgare.
2 Distinctio tradita per Carau. super hac quæstione.
3 Distinctio prædicta an sit vera, & sic simpliciter procedat.
4 Circa purgationem dictæ moræ aliter seruatur in Magna Curia, aliter in aliis tribunalibus, & Curiis Regni.
5 Duo casus per Carau. positi in d. quæst. an procedant.
6 Carau. videtur sibi contrarius.
7 Vtile magis quid sit, vel quod infra tot dies mora purgari posset, vel quod expectetur exitus caussæ principalis:
8 Futurum despicitur, suadentque præsentia fructum.
9 Tex. in l. & si post tres, ff. si quis cau. declaratur per c. Reg legem veterem.
10 Hominem habere, & pœnam exigere, iniquum est.
11 Sac. Cons. semper nititur æquitate, & temperat rigorem Magnæ Curiæ.
12 Consideratio ad decis. Gramma. 95. per Auth.
13 Appellatio an interponi possit omisso medio.
14 Conclusio Authoris in hac quæstione.
15 Intellectus traditus per Cara. ad capitu. Reg. legem veterem, an procedat.

Pœna

16 Pœna in iudicialibus semper videtur apposita loco rei, & inobedientiæ.

17 Carau. dictum super Ritu 136. an sit verum, & procedat.

18 Fideiussor an repræsentando reum congruo loco & tempore etiam post moram liberetur.

19 Res quando in casu dictæ quæstionis non dicetur integra.

20 Fideiussor exeuntis à carcere, an teneatur, si ille sponte reuertatur.

21 Carau. doctrina super eod. Ritu 163. in 2. not. in fin. an sit vera.

22 Beneficiũ à lege indultum, non debet per iudicem auferri.

23 Iudex an possit terminum debitori indultum miserationis caussa tollere.

24 Cautela in fauorem principalis rei post moram per Curiam capti.

25 Aequitas nulla suadet, vt vbi nullum adest partis seu fisci interesse, nec contemtus, quod pœna exigi possit.

26 Ratio diuersitatis, quare aliter seruatur in Magna Curia, & aliter in aliis Curiis, circa moræ purgationem,

27 Magna Curia est caput & domina aliarum Curiarum.

28 Tanto maior est inobedientia, quanto maius est tribunal quod offenditur.

29 Grauius punitur qui grauius deliquit.

COGNI-

COGNITIS itaque modis, quibus fideiussiones concipiuntur, ac contra principales & fideiussores in contrauentionum casibus proceditur, deueniamus nunc ad decem principales quæstiones, circa prædictos modos frequentiores, ac in practica magis consuetas. Et prima ac principalis est: Pone, quod per principales & fideiussores contrauentum fuerit, ex quo promissa nõ adimpleuerunt, ac ideo inciderunt in pœnam, ad quã
1 condemnati fuerunt, † an possint post condemnationem moram purgare, ac pœnam euitare, si principalis se præsentet, vel fideiussores illum præsentent? Hanc quæstionem posuit Carau. *super Ritu. 163. in impressis de anno 1572. incip. item pro quolibet denunciato, &c.* ac ex verbis illius Ritus, *in vers. item non possunt, &c.* quæ talia sunt: *Item non possunt purgare moram fideiussores infra dies septem, vt dictant iura communia, & capit. Regni, quia Curia ipsa non vtitur dictis iuribus, & cap. de hoc loquentibus, licet in aliis Regni partibus obseruentur dicta iura per cap. illud, id est, legem veterem, &c.* Cara. *in 2. not.* dixit, ꝙ quoties reus est liberatus sub fideiussoribus de se præsentando finitis feriis, vel alio certo tempore, & termino adueniente non se præsentauit, vel est habilitatus sub fideiussoribus, de non discedendo à Camera, vel Palatio, & postmodum discessit, adeo quod vtroque casu incusata est pœna contra ipsum principalem, &

lem, & fideiussores, licet postea idem Reus se præsentet, vel præsentetur à fideiussoribus, cum agitur de exactione pœnæ,† distinguendum est, quod aut sumus in Magna Curia, aut in aliis tribunalibus, & Curiis Regni. Primo casu omni dubio cessante pœna debetur: nam per illum Ritum disponitur, moræ purgationem permissam per iura commu. *vt in l. & si post tres, ff. si quis caut. & per cap. regni. legem veterem,* non habere locum in Magna Curia, & ita seruatur. Secundo casu, quando sumus in aliis tribunalibus, secus est, & per decis. Sac. Cons. per Gram. *decis. 95.* supersedendum est vsque ad exitum caussæ principalis contra reum, vt si veniat absoluendus, ipse & fideiussores à pœna sint exemti, &c. Si vero veniet condemnandus in caussa principali, ad pœnam etiã tenebitur cum fideiussoribus, *vt in d. decis.* 2

Sed tu circa hanc Carau. theoricam aduerte ad duo: Primum, quia dum dicit, † quod in Magna Curia non obseruatur dispositio iuris communis, *l. & si post tres, & c. reg. legem veterem,* & omni dubio cessante pœna debetur, non est sic simpliciter intelligendũ, prout per Carau. Nã licet in Magna Curia non obseruetur dispositio dictorum iurium, † vt scilicet infra dies septem mora purgari possit, prout dicit ille Ritus, tamẽ seruatur in Magna Curia, quod si fideiussor comparuerit eodem die cum principali, bene poterit moram pur- 3 4

gare, ac pœnam euitabit, *vt inquit idem Ritus in vers. fin. & ibidem Carau. in fin.* Vnde sola differentia videtur in tempore: nam in Magn. Curia eodem die tantum purgatio moræ admittitur, in aliis vero tribunalibus infra seu post paucos dies, scilicet infra septem, *vt inquit Ritus, ex dispositione d. l. & si post tres, & d. c. legem veterem.*

Secundum quod est aduertendum. Nam
5 Cara. facit ac distinguit duos casus: † Primus est, vt si simus in Magna Curia, pœna absque dubio debetur, nec mora purgatur, nisi eodem die, vt nos declarauimus, & Carau. dixit *in eodem Ritu in fi.* Secundus est, si simus in aliis Curiis, & tunc Cara. in vno loco *super d. Ritu in 2. not. vers. secundo casu, &c.* dicit, seruari debere prout in decis. Sac. Cons. 95. per Gr n. In alio autem loco, *scilicet in 4. not. in fin.* dicit, quod in aliis Curiis seruatur post paucos dies, vt idem dixit *in d. 2. not. in princip.* dum dixit, in aliis Curiis esse seruandam dispositionem di-
6 ctorum iurium, *l. & si post tres, & capit Reg.* † Vnde videtur sibi ipsi contrarius in pluribus locis illius Ritus. Satis namque differt, quando sumus in aliis Curiis, quod mora possit purga-
7 ri post paucos dies, † vel sit expectandus exitus caussæ principalis: nam si post moram, & pœnæ condemnationem infra dies septem fideiussor Reũ præsentauerit in aliis Curiis Regni, magis ei proderit, vt per hoc mora intel-

ligatur

ligatur purgata, & ipse sit liberatus, iuxta dispositionem iuriũ commun.quam ꝙ expectatur exitus caussæ principalis: nam futurũ despicitur suadentq; præsentia fructũ,ac ad præsens oua, cras pullis sunt meliora, † *vt glos. per* 8
*illum tex. in c. cum hi, extra de trans. & Deci. in cons.474. nu.4.* Vnde putarem, Carau. non bene sensisse, & ꝙ in aliis Curiis & tribunalibus Regni obseruetur dispositio *d. l. & si post tres, & d. c. Reg. legem veterem,* declarata per d. Ritũ, scilicet, vt post tres vel,&c. id est infra septem mora purgari possit, † nõ autem obseruetur, 9
prout in d. decis. S. C. 95. & hoc ob illã cõmunem rationem, quã Doct. adducunt, † vt ini- 10
quũ sit hominem habere, & pœnã exigere, *l. apud Celsum, §. Labeo, ff. de doli excep l. rescriptũ, §. si pacto, ff. de pac.* Et ad d. decis. 95. dico, illius casum fuisse in Ma. Cu. & caussa fuit introducta in S. C. p remediũ appellationis. Nã Ma. Cu. condemnauerat fideiussorẽ ad pœnam † S. C. 11
quod æquitate semper nititur, Mag. Cu. rigorẽ temperauit, *secundum opin. Iacobi de Bel. in §. quia vero, in auth. de iudic.* vt expectetur caussæ exitus, & si reus veniet condemnandus, fideiussor non erit liberatus, sed tenebitur ad pœnam: sed si veniet absoluendus, non molestabitur.

Nec obstat si diceretur, in illa deci. narrari, qualiter ille fideiussor molestabitur per

Curiam Magnifici Capitanei terræ Summæ,
12 &c. † & sic videatur in aliis Curiis loqui: nam dico, casum illius decis. de necessitate intelligi debere hoc modo, videlicet, quod ille fideiussor primo loco fuerat molestatus per Curiam terræ Summæ, appellauit ad Magnam Curiam, quæ similiter illum condemnauit secundum ipsius obseruantiam, demum à Magn. Curia per appellationem introducta caussa in Sacr. Cons. fuit: quod patet: nam alias appellatio interponi non potuisset à Curia terræ Summæ ad Sacr. Cons. omisso me-
13 dio, † scilicet Magn. Curia, & vltra dispositionem iuris communis *in c. dilecti, de appell. cum simil.* sunt nonnullæ Regiæ ordinationes & pragmaticæ, *in tit. de off. Sac. Cons. prag. 3. circa fin. & prag. 47.* Et concludendo dicerem, in Magna Curia obseruari, prout inquit d. Ritus 163. quod moræ purgatio admittatur eo-
14 dem die, † sed de æquitate Sacr. Cons. circa exsecutionem pœnæ contra fideiussores supersedeatur, donec exitus caussæ fuerit explicitus, *vt in d. decis. 95.* Sed in aliis Curiis Regni, si præsentatio fuerit facta infra septem dies, fideiussores sint liberati absque alia exceptione exitus caussæ principalis.

Nec minus placet intellectus quem Carau.
15 *in eod. Ritu 163.* † tradidit ad d. c. reg. *legem veterem*, vt loquatur de pœna, quæ fuerit apposita loco rei, & non loco obedientiæ. Nam illud ca-

lud cap. ſicut etiam diſpoſitio *l. & ſi poſt tres, alleg.* ad cuius declarationem fuit factum illud cap. loquuntur in ſtipulationibus prætoriis, & iudicialibus, & non in conuentionalibus, *vt patet in d. iuribus*, in quibus iudicialibus ſemper pœna appoſita videtur loco rei, † ac loco 16
inobedientiæ, *vt not. in l. quoties quis, ff. de verb. oblig. & in l. 1. ff. ſi quis ius di. non obtemp. & facit dictum gloſ. in §. quia vero, in verbo, per mulctam, in Auth. de iud.* Et tamen dicta iura fuerunt intellecta, vt inobedientia non ſit commiſſa, ſi infra paucos dies, ſcilicet ſeptem, vt exponit d. Ritus 163. repræſentatio facta fuerit. Et proinde nec procedet illud, quod idem Cara. *ibidem in fine 2. not.* dicit, † quod alias ſequere- 17
tur, quod iudicis authoritas quotidie contemneretur, & carcerati ſeu habilitati recederent, aut ſe præſentarent ad ſui libitum, prætextu, quod omni tempore moram purgare poſſent, quod non eſt dicendum, ne iudicialis authoritas vileſcat, &c. Nam ego non video, quomodo omni tempore habilitati poſſent ſe præſentare, vt Carau. ſupponit, ſi tempus ſecundum prædicta iura ſit determinatũ, infra quod poſt condemnationem admittitur moræ purgatio, vt in alleg. Ritu, poſt vero minime.

Et ideo in ſimili dixit Bald. *in l. 3. C. qui accuſ. non poſ.* quod fideiuſſor † poſt moram re- 18
præſentando reum congruo loco & tempore

liberatur, *& alleg. d. l. & si post tres, & l. scimus C. de fideiuss.* Nam si non congruo loco & tempore non liberatur, quomodo igitur semper ad sui libitum? eo magis cum post tempus à lege determinatum, id est, in Magna Curia, post illum diem, quo pœna fuit accusata, & condemnatio facta, & in aliis Curiis infra sep-
19 tem dies post condemnationem, † res non erit integra, ac incipit iudicis interesse propter contemtũ suæ authoritatis, & ideo pœna cõmittitur ac debetur, pro quibus vide glos. *in d. auth. de iudic. §. quia vero, alle. & Gram. in d. dec. 95.* & Vrsill. *super decis. Affl. 130. nu. 6. & super dec. 234. circa fin. & Crauet. cons. 3.* & ea quę posuit Boer. *decis. 217. nu. 14. & 15.* videlicet ꝙ licet fideiusso-
20 res exeuntis à carcere non † teneantur ad pœnam, quando carceratus reuersus fuerit, ex quo Curiæ non interest, tamen propter temeritatem puniendus veniret.

Demum Caraui. *super eod. Ritu 163. in 2. not. in fin. in impressis de anno 1572. vt dixi.,* intelligit prædictam distinctionem inter Magnam Cu-
21 riam † & alias Curias Regni, vt procedat, quando ipse Reus principalis se præsentauit, vel à fideiussoribus fuerit præsentatus: secus vero, quando Reus post pœnam incusatam, & condemnaiionem, reperitur in fortiis Curiæ, quia fuerit captus per familiam Curiæ: nam tunc, siue sumus in Magna Curia, siue in aliis tribunalibus, semper pœna debetur, ex que

quo non poterit tractari de purgatione moræ, vbi opera fideiussorum non intercessit ad præsentandũ reũ, nec ipse reus sponte se præsentauit. Hancq; suã intelligentia nulla ratione confirmat, & ꝓinde existimo, eã non posse ꝓcedere infra tempus à lege seu Ritu prędicto indultũ ad purgandum morã post condemnationem, scilicet in Magna Curia eodem die, & in aliis Curiis infra septem dies. Cũ enim beneficiũ hoc principali & † fideiussoribus à lege indultũ fuerit, non debet eis per hominem auferri, *vt in leg. 1. ff. de fer. cap. indultum, de reg. iu. in 6. & §. si non solum, in auth. de nupt. cum si mil. alleg. per Din. in d. c. indultum.* Sicut etiã in simili dicitur, iudicem tollere non posse terminũ debitori indultũ ei miserationis caussa, † etiã si constat debitorẽ esse soluendo, *vt per Roman. sing. 465. incip. tu habes de termino.* Ac faciũt dicta per Affl. *in dec. 130.* & Vrsil. super ea, dum conatur saluare Affl. ab eius impugnatione, nec non satis aptè poterint fideiussores opponere, id ipsũ ꝙ Curia fecit, nos procurabamus adimplere. † Et similiter Reus dũ capitur, consulo, vt dicat, idem volebam adimplere, & me sponte præsentare, eodem hoc die, si erit in Mag. Curia, vel in aliis, post paucos, dũ modo tamen septimum non excedat. Namq; quæ æquitas suadebit, vbi nulla perfidia, nulla inobedientia, nullum interesse, † & partis præiudicium, capto reo per Curiam infra

22 23 24 25

tempus ei à lege ád repræſentandum indultum, pœnam eſſe commiſſam? Certe nulla, *arg. tex. in d l. cum apud Celſum, §. item Labeo, & per Iaſon, in d. l. et ſi poſt tres, num. 2. per text. in l. ſi ſeruum, §. ſequitur. ff. de verb. oblig.*

Nec obſtat, quod nulla fideiuſſoris ſeu principalis interceſſit opera. Nam dicere poſſemus in fauorem, & excuſationem prædictorum, quod ideo opera ipſorum non interceſſit, ex quo fuerunt per Cur. præuenti, cum alias parati eſſent ideo adimplere, & ita tenerem: ſed cogita. Sed vltra Carauit. curioſitatis caſu poſ-
26 ſumus inueſtigare diuerſitatis rationem, † quare in Magna Curia obſeruetur, vt poſt condemnationem mora purgari non poſſit, niſi eadem die, & in aliis infra ſeptem, vt inquit alleg Ritus 163. Dicerem, quod ex quo Mag. Curia eſt caput omnium aliarum Curia-
27 rum, † ac domina, *vt not. in conſtit. ſtatuimus, & in conſti. tu. in pecuniariis, & in conſtitu. Nihili veterum, cũ aliis quæ adduxi in tracta. meo de Doct. digni. in 3. & vlti. par. circa fin.* vbi etiam dixi, vocari Curiam Magnam ad differentiam aliarũ Curiarum, ideo debemus magis diligenter, & ſtricte mandatis ipſius obedire, & parere, cum quanto maius ſit tribnnal, quod offen-
28 ditur, † tanto maior erit inobedientia commiſſa, *arg. text. in l. aut facta, ff. de pen. & in leg. prætor. in fin. ff. de iniur. & in c. qualis. 2. q. 6. & ibi gloſ.* & ob id difficilius purgatur, *vt 24. q. 1. c. non*

*non afferemus, & ibi glo.* & grauius punitur qui grauius deliquit. † *vt in l. respiciendum, ff. de pœn.* 29 *Dec. in consi. 65. num. 5. & facit c. quia sanctitas 50. dist. cum simil. alleg. per Hippol. in suo consil. 30. nu. 13. & facit tex. & no. ibi per scrib. in §. atrox. Instit. de iniur. &c.*

Et iuxta prædicta habui ego in facto: Quidam fuit habilitatus sub hac forma fideiussionis, videlicet de tenendo cameram loco carceris, & de ab ea non discedendo, ac de se præsentando infra dies decem, vel quamprimum conualuerit. Euenit quod iste sic habilitatus discessit à camera, non completo adhuc termino dictorum dierum decem, & extra dictam cameram in via fuit captus à potestate, & statim carceratus. Insuper potestas examinari fecit duos testes, qualiter dictus habilitatus dixit, quod ipse veniebat de domo talis sui amici, & demum examinato ipso habilitato principali deposuit, ꝙ ipse exiuit à dicta camera, ex quo bene se habebat, & cum primũ se bene habuit exiuit, vt se præsentaret seruata forma dictæ fideiussionis.

Potestas prætendebat pœnam fideiussionis ducatorum mille, ex quo habilitatus contrauenit, & exiuit de dicta camera, vt erat conuictus de hoc, imo captus in fraganti, & allegabat per dictam doctrinam Carau. super d. Ritu 163. quod quando habilitatus est captus per familiam Curiæ, nullo modo possit

purgare morã, ex quo nulla opera ipsius principalis nec fideiussorũ intercessit in sua præsentatione, sed tantum coactus per capturam. Ego dixi, quod dicta doctrina non metuit allegari in præsenti casu. Nã quando procederet, & lege probaretur, prout non probatur, vt supra ostendi, ꝓcederet quando Reus fuisset captus post pœnam incusatã, sicq; præsupponit terminũ datũ ad comparendũ fuisse transactum, & post omnia acta facta super cõtrauentione, & pœnam incusatam, ac post hęc fuisse captum. Sed in casu nostro prius fuit captus, & deinde pœna incusata ac omnia acta facta super contrauentione, licet etiam nulla, vnde ibi erat cõmissa mora: sed hic nulla mora erat adhuc commissa, cum adhuc durabat terminus ad se præsentandum.

Replicabat potestas, quod negari non poterat, quod dictus habilitatus non contrauenisset primæ parti fideiussionis, ex quo contra formam ipsius exiuit de dicta domo seu camera, extra quam in via fuit captus in fraganti, sicque aderat expressus contemtus ipsius iudicis, nec iuuabat depositio ipsius habilitati, dicentis se exiuisse, ex quo bene se habuit, & volebat se pręsentare seruata forma secundæ partis fideiussionis: nam contrarium constabat per plures testes, qualiter dictus habilitatus pluries fuit visus extra dictã cameram deambulando per ciuitatem, & in illo tunc, quo

fuit

fuit capt⁹, dixit, quod veniebat de domo talis, & nullum verbum quod ibat ad se præsentandum.

Sed dictis replicatis non obstantibus adhuc teneo, pœnam hoc casu non deberi nec contrauentionem aliquam esse commissam. Nam respectu secundæ partis fideiussionis, scilicet de se præsentando infra dies, &c. iste adimpleuit propositum ac finalem intentionem stipulantis Regii fisci, vt sibi cautum esset super persona ipsius rei iam carcerati. Vnde ipsius fisci non adest interesse, quod prædictus exiuerit à camera, postquam fuit adimpleta secunda pars fideiussionis: nam ante lapsum termini reperitur in carceribus detentus, ꝑut ita in propriis terminis, immo in casu simili eleganter & docte, per multa iura & rationes probat, & substinet Roman. *in cons. 193.* de quo meminit Gram. *in d. decis. 95.*

## QVAESTIO II.

### SVMMARIVM.

*1 Fideiussor de repræsentando sub pœna an in casu contrauentionis teneatur tantum ad pœnam, vel etiam ad interesse partis.*

*2 Fideiussio est stricti iuris, & quicquid omittitur censetur omissum.*

*3 Nemo debet duplici pœna puniri.*

*Dominus an possit emphyteutam expellere, & pœnam petere, ibidem.*

*4 Proui-*

4 Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.

5 Fideiussor an teneatur vltra quantitatem, ad quam se obligauit.

6 Fideiussor quando censetur obligatus in omnem caussam.

7 Pœna vna apposita à lege, & alia ab homine, vtraque peti potest.

8 Sac. Consf. iudicauit secundum opin. glos. in l. fin. ff. si quis in ius, &c. communiter approbatam.

9 Stipulatio debet aliquid operari, necesse inutilis.

10 Hodie non præsumitur nouatio, nisi expresse fiat.

11 Pœna semper fisco applicatur in prætoriis, & iudicialibus stipulat.

12 Decis. Afflict. 234. ampliatur per Authorem.

13 Modus diuersus seruatur circa pœnæ exactionem in prætoriis stipulationibus, & in conuentionalibus.

14 Tex. in l. apud Celsum, §. 1. ff. de dolo except. diffinit hanc quæst.

15 Omissum in obligatione, quod tamen venit ex natura ipsius, censetur expressum.

16 Pœna quando facto fuerit adiecta, in consequentiam non potest peti, nisi adsit interesse..

17 Puniri quando quis possit duplici pœna.

18 Hominis prouisio quando facit cessare legis prouisionem, declaratur.

19 Fideiussor obligatus ad vnam summam, certam, & determinatam, ad aliud non tenetur.

20 Argumentum à contrario sensu, non admittitur, si resultat prauus intellectus.

21 Intel-

21 *Intellectus ad tex. in l.2.§. in fideiussorem, ff. qui satisd. cog.*

22 *Pœna non est quantitas sortis principalis.*

23 *Pœna quando videatur apposita caussa declarandi, seu diffiniendi totale interesse.*

24 *Cautela, vt in iudicijs fideiussor teneatur ad pœnam, & interesse absque dubio.*

SECVNDO Principaliter quæro: Debitor carceratus pro mille, quæ debebat, fuit habilitatus sub fideiussoribus de se præsentando infra dies decem, vel de concordando creditores, †ad pœnam vnciarum quinquaginta in casu contrauentionis, ad quam mediante iuramento se obligauerunt principalis & fideiussores: fuit contrauentum: nam principalis non se præsentauit in tempore, nec fideiussores eum præsentauerunt: & seruatis seruandis accusata pœna obligationis per creditorē, fuit contra fideiussores exsecutum, ac ipsi fuerunt carcerati. Deinde ad euitandos carceres, offerunt soluere pœnam vnciarum quinquaginta, ad quam se obligauerunt: Creditor insuper dicit non esse excarcerandos, nisi soluerint tota mille. Quæritur, An fideiussores teneantur ad tota mille, non obstante, quod in obligatione se tantū obligauerunt ad pœnam vnciarum quinquaginta? Hæc quæstio videtur, quod diffiniri ac decidi possit ex decis. Afflict. 234. & Vrsillus super ea facit aliqua 1

motiua

motiua pro vtraq; parte, sed satis confuse, ideo nos clarius.

2 Et primo, fideiussio † est stricti iuris, & & quicquid omittitur, censetur omissum. *l. quicquid astringendæ, ff. de ver. oblig. late Dec. in cons. 2. per totum.* Igitur cum in fideiussione sit tantum apposita pœna, videtur quod illa pœna fuerit tantum contenta contra fideiusso-
3 res. Secundo, nemo † debet duplici pœna puniri, *l. senatus, ff. de accus.* glos. magna *in l. 2. C. de iure emph.* quæ concludit dominum debere esse contentum pœna stipulata, vel deiectione emphyteutæ, nec posse vtrumq; petere. Sed hoc casu si fideiussores tenerentur ad pœnã, & ad interesse, duplici pœna punirẽtur: igitur, &c. Tertio vltra Vrsillum adduci potest: nam
4 † prouisio hominis cessare facit prouisionem legis, *l. fin. C. de pact. conu. & l. fin. C. ad exhib. cum sim.* Sed hic apparet de hominis prouisione, qui tantum se obligauit ad pœnam: ergo cessare debet legis prouisio, quæ vellet in plus, scilicet ad partis interesse teneri. Quarto, pro hac parte videtur casus *in l. fideiussores magistr. §. pro Aurelio, iuncta l. fin. ff. de fideiuss. ac not. per Paulum Castr. in l. 2. §. in fideius. ff. qui satisd. cog.*
5 in quibus iuribus probatur † fideiussorẽ non teneri vltra quãtitatẽ ad quãse obligauit. Quinto & vltimo facit authoritas Affl. *in d. dec. 234. in princ.* vbi dicit, fideiussorẽ de iudicio sisti, si principalis nõ stetit, teneri, ac cõtra ipsum agi ad

ad intereſſe, niſi ſit appoſita pœna: nā tunc ad pœnā ſolū agitur, *vt in l. fi. ff. ſi quis in ius voc. non ierit, &c.* qui tex. hoc videtur ꝓbare à contrario ſenſu, & hāc partē videtur tenuiſſe Io. And. *in add. ad Spec. in tit. de fideiuſ. poſt nu. 24. in fi. in addit. quæ incip. illud etiā quæritur, &c.* dum allegat conſ. Dyni 17. de illo qui fideiuſſit cōmuni pro aliquo, ſub certa pœna mille librarum, & ille cōmiſit id, propter quod eſt condemnatus in trib⁹ mille, fideiuſſor nō tenebitur vltra mille, quia nō in plus ſe obligauit, *per all. l. 2. §. fi. ff. qui ſatiſd. cog. & alia iura, & rationes ſup. per nos alleg.*

Pro contraria autem opinione, quod fideiuſſores teneantur ad intereſſe pœnam excedente, & ad pœnā, facit primo. Nam fideiuſſores † in caſu propoſito videntur obligati in 6
omnem caſum & cauſſam, quæ ex natura negotii procedant, † *vt l. ſi ſeruum, §. videamus. & l. ſi mora. ff. de verb. obli. & per Crauet. conſ. 272. nu. 2. & 7. vbi alleg. duo alia iura text. in l. amiſſi. §. fideiuſſ. & l. ſi quis pro eo. §. ſi nummos. ff. de fideiuſſ. & adde tu text. & Bart. in l. quæro. ff. loc.* Secundo facit: Nā quoties † vna pœna appoſita fuit ab ho- 7
mine, & alia à lege, vtraq; peti [illegible]teſt, *vt per Bar. in l. ſanctio legum, col. 1. ff. de pœn.* Sed hic eſt pœna, quę debetur ex diſpoſitione hominis, & intereſſe ex diſpoſitione legis: ergo, &c. Tertio eſt gloſ. expreſſa, quę hoc determinat, *in d. l. fi. ff. ſi quis in ius voc. &c.* quæ communiter fuit approbata, & ſecundum eam iudicauit † Sac. 8

Conf. *in d. decif. 234.* in cafu tamen criminali. Quarto, quia hodie de ftylo Sac. Conf. in Regno nunquam exigitur pœna, nifi intereffe concurrat, *vt per Afflict. in decif. 135. Gram. decif. 58. Carau. fuper Ritu 168. num. 6.* Igitur fi ad intereffe, fideiuffores non tenerentur, neq; ad pœnam effent obligati, & confequenter fti-
9 pulatio redderetur inutilis: fed ftipulatio † aliquid debet operari, *argument. l. fi quando, ff. de legat. & in cap. fi Papa, de priuil. in 6. & eft tex. in l. fin. ff. fi cert. peta. ibi, alioquin nec quicquam mihi cauetur, & ibi Deci. & alii:* Igitur, &c. Et ita in fimili argumentatur Crauet. *in d. conf. 272. num. 7.* Quinto & vltimo, fi fideiuffores debitoris in mille tenerentur folum ad pœnam vnciarum 50. & fic minus quam fit in-
10 tereffe, cēferetur facta tacita nouatio. Sed hodie nouatio non præfumitur, † nifi expreffe fiat, *l. fin. C. de nouat.* Igitur cum in cafu propofito non appareat expreffe facta nouatio, fideiuffores debent teneri ad totale intereffe vltra pœnam; & ita arguit glof. *in d. fin. ff. fi quis in ius.* quæ communiter pro hac parte approbatur. Et fic ex prædictis hæc quæftio redditur dubitabilis. Vrfillus *fuper d. decif.* reliquit cogitandum, & quod tunc cafus erat in facto, & ego fcio Aduocatum, non leuis opinionis, defendiffe fideiufforem in Sac. Conf. in quadam cauffa reclamationis, quæ adhuc durat, quod non teneretur, nifi ad pœnam, & fundabat

dabat se potissime in dispositione tex. *in l. fin. C. de pact. conu.* vt prouisio hominis tolleret ꝓuisionem legis, &c.

Tamen ego in stipulationibus prætoriis, & iudicialibus, in quibus semper pœna Fisco applicatur, † tenerem cum communi opinione, secundum quam iudicauit Sac. Consil. *in alleg. decis. 234.* scilicet, quod vltra pœnam fisco debitam, fideiussor teneatur ad partis interesse, & sic in hac quæstione fideiussores tenerentur ad tota mille vltra pœnam. Et ita videmus quotidie practicari. Et licet Afflict. *in d. decis.* videatur se restringere in fideiussore de iudicio sisti pro caussa criminali, tamen ego idem dicerem in qualibet obligatione fideiussionis in caussa ciuili stipulata penes acta, 11
† vt videmus in omnibus obligationibus stipulatis penes acta, ac in instrumentis liquidis, quarum caussa etiam dicitur criminalis, ratione iuramenti, *vt per Afflict. in decis. 64. & per Carau. super Ritu 182. num. 8. & 9.* in quibus omnibus videtur pœna apposita ratione contemtus, † *vt in §. quia vero, in Auth. de iudi. vbi glos. & 25. quæst. 2. c. quacunq. §. si ecclesiæ & per Bald. in d. l. fin. ff. si quis in ius voc. &c.* licet in exactione dictarum pœnarum diuersimode procedatur, *vt per Carau. super Ritu 133.* 12 13

In stipulationibus autem conuentionalibus, in quibus pœna non fuerit apposita ratione contemtus, vt in instrumentis stipula-

tis extra iudicium non liquidis, tenerem primam opinionem, quod pœna nō deberetur, sed tantum succederet obligatio ad interesse, *vt in l. si quis ab alio, ff. de re iudi. & in l. stipulationes non diuiduntur, §. Celsus, ff. de verb. oblig. & vide Paulum de Castro, & Bal. in d. l. fin. optime declarantes*, & Bal. alleg. ibi text. licet ad aliud pro-
14 positum, *in l. apud Celsum.* † *§. 1. ff. de doli excep.* qui aperte decidit hanc quæstionem in prætoriis stipulationibus: Ibi enim creditor consequi debebat sex centū à debitore, & cū caussā compromiserint, opposuerunt pœnam centum, condemnato debitore per arbitros, non in centum, & sic ad pœnam tantum, sed ad tota sex centum condemnatus intelligetur, inquit ibi tex. quem videas.

Non obstant modo adducta in contrariū: & primo, quod fideiussio sit stricti iuris, &c. Nam respondeo, illud non habere locum in fideiussionib⁹ in quib. ex natura obligationis
15 etiam aliud venit, † quod specifice non sit deductum in stipulatione, vt in obligationibus facti: nā tunc obligatio videtur facta in omnē caussam, & casum, qui ex negocii natura procedere possit, *vt in d. l. amissi. §. fideiussores, & l. si quis pro eo. §. si nummos, cum aliis supra alleg.* Immo nego in obligatione fideiuss. propositæ quæst. fuisse tantum pœnā promissam, sed primo fuit promissum factum, cui absq; pœna est interesse, *l. quoties quis, & l. stipulatio ista. in princ.*

*princ. ff. de verb. obl.* & huic facto, principaliter promisso, fuit † pœna adiecta, quę venit in cōsequentiam, & ideo non potest peti pœna, nisi adsit interesse, quasi sequens naturā sui principalis, *vt in l. seruus ea lege, ff. de ser. export. & l. fi. ff. si cert. pet. vbi scrib. & vide Castr. in d. l. fin. ff. si quis in ius voc.* 16

Nec secundum, quod non debet quis duplici pœna, &c. Nam illud verū est, quando illæ duæ pœnæ sunt æque principales, † & cōpatibiles, secus vero, si non æque principales & non compatibiles, & vna accessoria ad aliam, *vt per Bart. in d. l. sanctio legum. & not. in d. l. 2. C. de iure emphyt.* Præterea hic non sunt duæ pœnæ: nam interesse non est pœna, sed est factum, cui adiicitur pœna. 17

Nec tertium de prouisione hominis, &c. Nam illud verum est, † quando prouisio legis est de iure speciali, secus vero quando prouisio legis est de iure communi ordinario, prout in hoc casu, *vt per glos. in d. l. 2. C. de iure emphyt. vbi Bar.* Similiter illud verum, quando ita æque bene prouidet prouisio hominis, sicut prouisio legis, sed alias à legis prouisione nūquam videtur recessum, *vt per Bart. in l. 1. §. vnde quæritur, ff. de public. ad quæ vide Anc. cons. 81. nu. 3. & Alex. cons. 118. in fin. lib. 5. & sing. Aluisii de Alb. 129. incip. prouisio hominis.* In casu autem nostro non ita æque bene: nam prouisio legis in maius est, quam prouisio hominis. 18

Nec quartum de *d. l. fideiussores magist. §. pro Aurelio, iunctis not. per Castrens. in d. §. in fideiussorem*: Nam dico, opinionem Cast. *in d. §.* communiter reprobari, *vt per Afflict. in d. decis.* & text. *in d. §. pro Aurelio* loquitur in fideiussore, qui se obligauit ad vnam summam tantum, & 
19 certam, † scilicet ad illa centum annua tantum. Sed in casu nostro fideiussores se obligauerunt ad factum, quod erat incertum, & deinde ad pœnam pro facti expletione, in cuius contrauentione adest contemtus iudicis, nedum partis interesse, & ideo cum promiserint pœnam propter factum, intercessisse videntur in omnẽ caussam, quę ex illo facto descendit, *arg. l. quæro, ff. locat. & in d. l. amissi, § fideiussores, & in d. l. si quis pro eo. §. si nummos. ff. de fideiuss.* Nec demum obstat exordium decis. Afflict. *alleg. 234. ex d. l. fin. ff. si quis in ius voc. &c.* Nam ille tex. illud expresse non dicit, sed quatenus Doct. volunt illud colligi posse ex illo text. à contrario sensu, hoc in iure non per-
20 mittitur, † quando resultaret prauus intellectus, prout resultaret, vt sentit ibi glos. communiter approbata.

Et quia conclusioni, vt supra firmatæ posset etiam obstare tex. *in d. l. 2. §. in fideiussorem, ff. qui satis. cogan.* ꝓ cuius intelligentia aliquantulum ingenii lumen elucescere oportet, ideo illum tex. ipse hoc modo intelligerem, vt vsque ad
21 vers. *quod vtrum, &c.* nulla cadat dubitatio. †

Illud

Illud enim idem dicit, quod tex. *in d. l. fin. si quis in ius, &c.* & tex. *in d. l. quoties quis.* Dũ vero dicitur *in d. ver.* quod vtrum̃ dicta stipulatio veritatem contineat, an vero quantitatem, &c. dicerẽ non prout ibi glos. *in verbo quod vtrũ,* scilicet ad interesse commune, vel iudicis extimationem, sed quod veritatem ibi contineat interesse sortis principalis, vna cum vsuris, seu pœna, quando esset apposita: & dum dicit, an vero quantitatem, scilicet in libello petitam, hoc quasi diceret dubitando, interesse quod consideratur in fideiussione de iudicio sisti, veniet cum vsuris, seu pœna, vel tantum in quantitate in libello petita, vt respondet Iurisconsul. Et melius est, vt in veram quantitatem fideiussor teneatur, id est vt veritatem contineat, vt in dubio quoad vsuras & pœnam teneatur, *vt d. §. si nummos, & in d. l. quæro, ff. loc.* nisi pro certa quantitate accessit, hoc est, pro certa, & determinata quantitate se obligauit, *iuxta tex. in d. §. pro Aurelio.* non excluditur. Igitur in illo tex. quod fideiussio de iudicio sisti non possit continere & pœnã & interesse simul, prout Bal. & Paulus de Castro videntur ibi concludere, sed bene concluditur posse continere, nisi certa quantitas sortis principalis fuerit per principalem & fideiussorem promissa. Sed pœna non est quantitas sortis principalis, sed accessoria, † *vt d. l.* 22 *seruum ea lege.* Igitur pœna nunquam de per se

principaliter promittetur, sed semper adiuncta ac addita ad aliquod factum.

Restat modo respondere ad autho. Ioan. Andr. *in alleg. add. ad Specul. per cons. Dyni. 18.* & dicamus, vt vel illa pœna librarum mille fuit certa, & limitata quantitas, ad quam fideiussor se tantum obligauit, & ideo in plus non poterat conueniri, etiam si verum interesse actoris illã quantitatem excederet, *vt per Bal. in d. §. in fideiussorem, per text. in d. §. pro Aurelio*, vel quod ille casus erat in extraiudicialibus stipulationibus, & conuentionalibus non liquidis, in quibus pœna non pro iudicis contemptu & inobedientia fuit apposita, sed caussa diffiniendi, seu declarandi totale interesse acto-
23 ris, † *vt in alleg. iuribus, & Bal. in d. l. fin. ff. si quis in ius voc.* Sicque concludendum est, in stipulationibus prætoriis iudicialibus pœnã & interesse deberi, in extraiudicialibus non liquidis interesse tantum, vel pœnam tantum, continentem veram & determinatam interesse quantitatem.

Cautius tamen erit ad euitandum tot amba-
24 ges, vt dum dictæ stipulationes † concipiuntur, dicatur, Promisit, & se obligauit, se repræsentare infra dies decẽ, &c. & ad maiorem cautelam: Dedit T. in fideiussores, qui proprio principali nomine, & in solidum, se obligauerunt curare modis omnibus cũ effectu, &c. ita q̃ non possint se excusare, &c. Quod dictus

dictus T. se præsentet, vel concordet suos creditores, & in casu contrauentionis se obligauit tam dictus T. ad pœnam vnciarum tot, &c. quam dicti T. fideiussores, & in solidum obligati tam ad pœnam prædictam quam ad totũ debitum prædictum, *argu. l. fin. ff. de præt. stipul. cum simil. &c.*

## QVAESTIO III.

### SVMMARIVM.

*1 Fideiussor de repræsentando infra mensem vel ad Curiæ requisitionem, an possit reum repræsentare ante tempus, & Curiæ requisitionem.*

*2 Curia an possit cogi acceptare repræsentationem, antequam ipsa fideiussorem requirat.*

*3 Authoritas Ioan. Andreæ non bene fuit adducta per Roman. in cons. 137.*

*4 Principalis an possit se exceptione tueri aduersus fideiussorem, volentem ipsum repræsentare ante tempus.*

*5 Fideiussor quando possit Reũm repræsentare ante tempus, secundum Auth.*

*6 Fideiussor si statim posset repræsentare reum, ipse reus deciperetur, & pro vno creditore haberet duos.*

*7 Verbum, diu, considerari debet habito respectu ad tempus præfixum.*

*8 Fideiussor, qui non poterit reum repræsentare ante tempus, an agere tamen possit ad suimet liberationem.*

9 *Creditor ad tempus, si ante petit, exceptione repellitur.*

10 *Creditor ad tempus potest debitorẽ cogere ad præstandum fideiussorem, de soluendo adueniente tempore.*

11 *De futuris etiam an sit satisdandum.*

12 *Curia quando teneatur recipere reum repræsentatum per fideiuss. ante tempus.*

13 *Debitor in diem potest soluere ante diem, etiam creditore inuito.*

14 *Foller. non legit totum cons. Roman. alleg. 137.*

TERTIO Principaliter quæro: Fideiussor se obligauit, aliquem repræsentare infra mensem, vel ad omnem ipsius Curiæ requisitionem, an possit illum repræsentare statim
1 ante aduentum dicti temporis, † & antequã à Curia fuerit requisitus, & curia teneatur dictum principalem recipere, & ipse fideiussor sit liberatus? Roma. posuit hanc quæstionem *in suo cons. 137. incip. ista promissio*, & licet loquatur de repræsentatione habente dilationem temporis incerti, vtpote ad omnem requisitionem, & aliqua argumenta adducat, quod repræsentatio fieri non possit ante requisitionẽ, & inter alia vtatur argumento à simili: sicut enim (inquit) fideiussor cogi non posset ad repræsentandum, antequam fuisset à iudice, seu Curia requisitus, *vt l. 1. C. de condi. ex lege, & l. eum qui Calen. ff. de verb. oblig.* & ita similiter Curia non

ria non poterit cogi ad recipiendum † repræsentationem principalis factam per fideiussorem, antequam fuerit requisitus, *arg. tex. in l. cum pro pecunia, C. de sol. l. si de in eis, & l. si cum dies, §. si in aliquam, ff. de arbit.* tamen *in fi. d. cons.* concludit pro opinione Io. Andreæ *in addit. ad Specu. in titu. de accus. §. sequitur, post nu. 17. in addi. incip. Odofr.* qui voluit, quod habilitatus sub fideiussoribus ad omnem requisitionem, si fuerit à iudice carceratus pro alia caussa, & fideiussor fuerit protestatus, quod iudex haberet illum pro præsentato, & ipse nolebat amplius teneri, fideiussorem esse liberatum, *vt per iura ibi per ipsum alleg. & habetur in decis. Afflict. 130. & nos late diximus supra in 8. modo.* 2

Sed salua semper memoria Domini Romani, non videtur, quod opin. Io. Andreæ *in loco alleg.* † bene posset ad decisionem huius 3
quæstionis adduci: nam Ioan. And. supponebat, reum principalem fuisse per Curiam captum, & carceratum, & sic recesserat ab opera fideiussorum, seu eorum custodia, *vt per Afflict. in d. decis. 139.* Sed in quæstione nostra præsupponitur, reum non esse in posse Curiæ, sed bene per fideiussores desiderari, eum ante tempus ac ante requisitionem repræsentare. Et si diceres, quod sicut in casu Io. And. illa fideiussoris protestatio operatur ipsius liberationem, ita posset hoc casu fideiussor repræsentare, & protestari, & consequenter

se liberare: dico satis esse hunc casum ab illo diuersum; nam in illo reus principalis nulla poterat se exceptione tueri aduersus fideiussorem, qui illum sic captum repræsentabat,
4 & protestabatur: † Sed in casu nostrę quæstionis satis poterat se exceptione tueri aduersus fideiussorem volentem ipsum repræsentare: nam cum fuerat ad limitatum tempus, seu ad omnem requisitionem habilitatus, ante tempus & requisitionem poterat fideiussorem ipsum repræsentare desiderantem exceptione repellere, *vt in l. 2. §. fin. ff. si quis caut. & diximus supra in modo 12.*
5 Vnde ego dicerem, † quod siue sit fideiussor, qui dilationem habeat certi temporis, vel incerti: quod si aliquis daretur casus, in quo fideiussor ex forma ipsius stipulationis non esset requirendus, *vt supra in modo 7.* tunc fideiussor non statim post aliquot dies, seu etiam medietatem termini, sed satis prope diem termini, vt in repræsentationis, poterit Reum repræsentare, nec expectabit lapsum termini vt in pœnam incidat: nam hoc casu, si hoc facere prohiberetur, esset contra naturalem æquitatem, *arg. tex. in l. sicut reus ff. de fideiuss. allegat. per Bal. ad hoc propositum. in l. si pro ea. in 5. quæst. num. 12. C. mand.* & ratio est: nam si statim vellet fideiussor reum repræsentare, reus deciperetur, & pro vno creditore haberet
6 duos, † *vt in l. in commodato, §. sicut. ff. commod.*

*mod.* & per consequens nullam gratiam, ac nullum beneficium, seu vtilitatem haberet ex fideiussione, quod esset contra naturãm huius mandati, quod fit gratia mandantis tantum, *vt in l. 1. ff. mand. & in simili dixit Bald. in d. l. pro ea. numer. 5. & Paul. de Cast. in l. fideiussor vendit. ff. de fideiuss. & diximus supra in vltimo modo.* Et ideo (vt ibidem diximus) dixerunt Doctores, quod debet stare diu in fideiussione, quod diu, habito respectu ad tempus præfixum, erit † prope finem termini, *argum. l. Lucius, ff. mand. alleg. per Bal. in d. l. si pro ea. in 10. quæst. num. 18.* vbi etiam dixit, hoc tempus diu, intelligi iudicis arbitrio, habito respectu ad diuersas æquitates, quæ iudicem mouere possent. 7

Si vero sumus, in casu, quo requisitio necessaria erit, tunc nunquã fideiussor posset reum ante tempus & requisitionem repræsentare: posset enim exceptione repelli, vt supra diximus, *arg. tex. in d. l. 2. ff. fin. ff. si quis caut.* Bene † 8
tamen posset agere ad ipsius liberationem à fideiussione in casibus à iure permissis, enumeratis *in d. l. si pro ea. & in d. l. Lucius, & nos dicemus infr.* Quod ego probo etiã hac ratione: nam fideiussor hoc casu partes sustinet creditoris, & reus debitoris, pp tacitam obligationem, quæ inest in fideiussione, q̃a reus tenetur extrahere fideiussorem indemnem & illæsum, *vt in c. 2. de fideiuss. Bal. in l. cum eorum, C. de sent. & diximus sup. in 20. & vlt. modo.*

Vnde

Vnde ſicut creditor ad tempus, ſi petierit debitum ante tempus, exceptione repelletur,
9 † §. *temporales, Inſtit. de excep. cum ſimil. alleg. per Aſflict. in deciſ. 279. in prin.* ita hic fideiuſſor: & ſicut creditor ad tempus cogere poterit debitorem non ad ſoluendum ante tempus, ſed ad præſtandum cautionem de ſoluendo in tem-
10 pore, † vt per Sacr. Conſ. fuit iudicatum *in alleg. dec. 379.* pari modo hic fideiuſſor non poterit repræſentare reum ante tempus, & requiſitionem, ſed tantum agere pro ipſius liberatione, ſeu præſtatione indemnitatis, vt in ſimili dixit Bal. *in d. l. ſi pro ea. num. 16. quæſt. 9.* ꝙ ſi quis fideiuſſerit pro tutore, & tutor promiſerit illum conſeruare indemnem, ad ſuam petitionem, ac illum de obligatione extrahere quandocunque, durante tutela, non poterit ille talis hoc petere, ſed debet conſeruari indemnis, puta per ſatiſdationem, ita quod ſit ſecurus, quod damnum in futurum non pa-
11 tiatur, nam de futuris eſt ſatiſdandum, † *vt l. ſtatu liber rat. ff. de ſtatu lib. & vide eund. Bal. in l. facere, ff. ſolut. matr. & in l. 2. C. de ſent. quæ ſine cer. quant. & in l. fin. §. fin. C. de vſur. rei iud. circa fin.*

Sed ex prædictis patet, principalem non cogi poſſe ad ſe præſentandum ante tempus & requiſitionem. Sed nunquid Curia cogi poſſit ad recipiendum repræſentationem ante tempus, & requiſitionem ab ipſa factam? Quic-

Quicquid dixerit Rom. *in alleg. conſ. 137.* in modum diſputandi, non dico Curiam cogi poſſe, ſed teneri ad recipiendũ dictum principalem, † repræſentatum per ipſum fideiuſſorem, dummodo dicta repræſentatio fuerit formiter facta, cum omnibus ſuis requiſitis, & proteſtatione, *vt diximus ſupra in d. modo 8.* ac eo caſu fideiuſſorem eſſe liberatum, ſicut liberatur debitor in diem, qui ante tempus ſoluit creditori, quod facere poteſt ſtatim creditore inuito, † *vt in l. quod in diem*, qui eſt optimus tex. adhoc à nemine allegatus, *ff. de ſolut. & ibi Caſtren. & eod. tit. l. qui decem, vbi Doc.* Et miror de Follerio, qui *in d. fragm. in tit. de fideiuſſor. num. 258.* tenuit, Curiam non teneri ad acceptandum dictam repræſentationem per alleg. Conſ. Rom. 137. quod credo eum non totum legiſſe, cum Romanus *in d. conſ. in fine* concludat contrarium, dum tenet opinionem Ioan. Andreæ.

12 (margin, at "palem, †")
13 (margin, at "toreinuito, †")

## *QVAESTIO IIII.*

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor quando agere, & conuenire principalem poßit, antequam ſoluat.*

2 *Caſus plures enumerantur, in quibus fideiußor poteſt principalem conuenire, antequam ſoluat.*

3 *Fideiuſſor obligatione, conſignatione, & depoſitione debiti, an liberetur.*

4 *Fide-*

4 *Fideiussor obligatus per instrumentum liquidum, an possit taliter agere.*
5 *Fideiussor qui voluerit se absentare caussa studij, an poßit taliter agere.*
6 *Fideiussor quando ex inimicitia, & ex quo capite taliter agere poterit.*
7 *Fideiussor an poßit se ad suum libitum liberare.*
8 *Fideiussor qui diu stetit carceratus, ita similiter agere poterit.*
9 *Fideiussor sine mandato, an poßit taliter agere.*
10 *Fideiussor quando habeatur pro condemnato.*
11 *Iudex tenetur in syndicatu, si nō relaxauerit carceratum ante sententiam statim, quod publicato processu apparet de eius innocentia.*
12 *Prædicta an locum habeant in fideiussore euictionis.*

QVARTO Principaliter quæro, quando fideiussor possit agere contra principalem antequā soluat, vel dies solutionis seu repræsentationis cedat? Doctores in hac quæstione procedunt, ponendo regulam & fal-
1 lentias. † Regula est: Non posse fideiussorem, principalem conuenire antequam soluat, *vt probat. in l. si pro ea. C. mand. & in l. Lucius, in fin. ff. eod.* Aliquæ fallentiæ ad dictam regulam ponuntur per Iuriscons. *in d. iuribus*, quas Afflict. *in decis. 241.* dixit esse quinque, & ibidem Vrsillus quasdam addit. Sed Hippol. *in rubr. de fideiuss. in 31. quæst.* posuit tresdecim fallentias, seu casus, in quibus fideiussor agere poterit

poterit contra principalem, antequam soluat, & vt omnes in locũ vnũ congestos habeamus, singulos hic, magis tamen ordinare ponem⁹, ac de cuiusque veritate videbimus.

Tex. itaq; *in d.l. si pro ea*, ponit tres casus: Primũ, si fideiussor condemnatus fuerit. Secundũ, si reus cœperit bona sua dilapidare. † Ter- 2
tium, si ita fuerit conuentũ inter principalem & fideiussorem, vt possit conueniri ante solutionẽ. Quartũ addidit d.l. Lucius, scilicet si diu fideiussor in obligatione steterit, & hos quatuor casus ponunt dictæ ll. & glo. *in c. fin. extra de fideiuss.* Quintum, quem etiam Affl. posuit *in d. decis.* si fideiussor obtulit, consignauit ac deposuit, † *per tex. in l. qui mutuam. §. fideiussor.* 3
*ff. mand.* Sextũ posuit Hipp. *in loco alleg.* in fideiussore de iudicio sisti, qui poterit agere antequam soluat, *vt per text. in l. si mandato. §. si iudicio, ff. mand.* vbi Bald. dicit, nota quod fideiussor iudicii & expromissor possunt statim agere post obligationem cõmissam: & sic videtur, ꝙ tex. *in d. l. Lucius*, locũ non habeat in fideiussore iudicii, sed tantũ in fideiussore cõtractus, & ratio est: nam fideiussor iudicii paratã patitur exsecutionem. Hoc tamen intellige, prout diximus supra *in 12. ac in 20. & vlt. modo, & in proxima superiori quæst. 3. circa fin.*

Septimum casum ponit Hippol. in fideiussore, qui se obligauit per instrumentum publicum, seu quarentigiatum, † quod nos 4

dicimus liquidum, *per doct. Bart. in l. fideiussor prouen.ff. de fideiuss.& Bal. in d. l. si pro ea, & in d. Lucius.* hoc etiam intelligendo, prout diximus supra *in d. modo 20.* per doctrinam Frecciæ, quã ibi allegauimus

Octauum ponit Hippol. quando fideiussor vellet se absentare ex necessaria & probabili caussa, allegat doctrinam Spec. *in tit. de iud. §. specialia, num. 4. &* Rom. *singu. 101. incip. quæro à te*, qui Doct. non loquuntur sic generaliter, prout Hippol. eos refert, sed loquuntur in fi-
5 deiussore, † q vellet se absentare caussa studii, vt possit à principali petere, vt alium fideiussorem loco sui constituat: & ita dictum hoc referunt Abb. & alii, *in c. fin. de fideiuss. & Soc. in reg. 147. fal. 5.* hocque non mirum propter studii fauorem, cuius caussa adeo fauorabilis est, vt etiam legatum annui redditus, alicui in studii subsidium factum, alias de dicto legato incapaci teneat, ac valeat, *vt per Abb. in cons. 63. lib. 2. Felyn. in c. cum dilecti. fal. 6. de rescrip.* Et ideo extra hanc caussam studii dubitarem de aliis absentiis, & cogita.

Nonum casum, si superuenerit inimicitia
6 † inter fideiussorem ac principalem, per doct. Io. And. *in add. ad Specul. in d. §. specialia. in add. incip. si pro ea, &c.* vbi Io. Andr. nec loquitur sic simpliciter, vt Hippol. ipsum refert, sed post aliqua argumenta pro vtraque parte adducta, ex mente Odofredi distinguit, si fuerit leuis

inimi-

inimicitia, vel grauis. Et quando grauis & capitalis, subdistinguit, cuius culpa euenerit, vt si debitoris, agere poterit: si vero ipsius fideiussoris, non aget: nam alias esset in potestate fideiussoris, se ad suum libitum liberare, † contra iura, *ff. de arbit. l. ne in potestate, & l. si quis rem & c. quanto, de diuort. in fin.* 7

Decimum casum ponit in fideiussore, qui diu steterit carceratus pro debito principalis: nam ne moriatur in carcere, poterit agere contra debitorem principalem, † *per doct. Bal. in c. ex rescripto. de iureiur.* Sed tu dicas, quod etiam si non diu steterit carceratus, sed statim quod fuerit condemnatus, vel instrumentum contra ipsum liquidatum; poterit agere, etiam coram non suo iudice competente; *vt per Bal. in l. cum eorum, C. de sent. refert D. Freccia in tract. de præsentatione instrum. par. 12. quæst. 3.* 8

Vndecimum ponit, quando fuerit fideiussor contractus, & non iudicii, alleg. Bart. post Ang. *in l. 1. ff. iudic. solu. & doct. in d. l. Lucius.* Ego non intelligo hunc casum positum per Hippol. nec Bart. dicit hoc *in d. l. 1.* & vel hic casus erit falsus, vel alius sextus supra positus, cum tex. *in d. l. si mandata, §. si iudicio, ff. man.* sit contra hunc casum, *vt ibi Bal.*

Duodecimum ponit in fideiussore, qui sine mandato fideiussit, per glossam † quam ipse alleg. *in l. sed & videamus, ff. de neg. gest.* quæ nihil dicit de hoc, & proinde verior est opinio 9

Bal. *in d. l. ſi pro ea. in fin.* dicentis hunc fideiuſſorem non poſſe agere, niſi demum facta effectuali ſolutione: nam tunc ſcitur, ſi vtiliter geſſit, vel ne, niſi Dominus ratum habuerit, quo caſu nulla differentia erit inter hunc fideiuſſorem & illum cum mandato.

Tertiumdecimum, & vltim. caſum ponit Hippol. per doctr. Bald. *in d. l. ſi pro ea, in 6. q.* quando fideiuſſor non adhuc fuit condemnatus, prout dicit tex. *in d. l. ſi pro ea*, ſed facta cõcluſione in cauſſa euidenter apparet, quod eſt in caſu condemnationis: nam tunc habetur
10 pro condemnato. Hincque Hippol. † ſe poſtea diffundit ad adducendum plura ſimilia, quando actus de proximo faciendus habeatur pro facto, & inter alia, quod licet, vbi tractatur de pœna corporali imponenda, reus non ſit ſub fideiuſſoribus liberandus, & relaxandus, tamen ſi ex proceſſu apparet, quod talis Reus venit abſoluendus, relaxari debet, etiam ſine fideiuſſoribus, ante ſententiam, ſed ſtatim publicato proceſſu, *vt per text. & ibi Bald. in l. nullus, C. de exhib. reis, & in l. ſi quis poſt accuſ. ff. de teſtam. & Roma. ſing. 496. incip. accuſatos de crimine, & Hippol. ſing. 381. incip. licet Reus*, & Romanus *in d. ſing.* dicit hoc dictum facere pro criminoſo accuſato. Nam ſi non relaxaretur ante ſententiam, non poſſet poſtea, ſi pars appellaret, relaxari, cum nil nouari poſſet appellatione pendente, vt *per Bald. in l. ab exſecutore,*

*cutore*, *C. de appell.* Immo addas tu, iudices teneri in ſyndicatu, ſi carceratum non relaxauerint, eo ipſo quod ex proceſſus publicatione apparet † de eius innocentia, nec debent 11
expectare ſententiam, *vt per Amode. de ſynd. in verſ. item tenetur ſi non relaxet, & per ſcrib. ſuper c. Reg. ab illo inchoandum.*

Poteris etiam tu addere vltra Hippol. 14. caſum ſimiliter ex mente Bald. *in d. l. ſi pro e.s, in 7. quæſt.* videlicet quando fideiuſſor fuerit condemnatus, & pars appellauit: nam per appellationem pronunciatum ſuſpenditur, & ſic videbatur agi non poſſe, & inquit, quod ſi appellatio erit fruſtratoria, agere poterit, vel dubia, & tunc expectari debet litis euentus. Aduerte etiam ad duo circa prædicta: Primum quod illud, quod dicitur, fideiuſſorem poſſe agere, ſi diu, &c. *d. l. Lucius*, non habere locum in fideiuſſore euictionis, † qui li- 12
cet diu ſteterit in fideiuſſione, tamen non ſtetit in obligatione: obligatur enim ſub conditione, ſcilicet ſi res euincatur.

Vnde donec fuerit ſecuta euictio, agere nō poterit, vel niſi euictio fuerit in limine contractus, vt ſi lis mota fuerit, *per tex. in l. & ſi poſt perfect. C. de euict. cum ſimil. alleg. per Freccıam de præſent. inſtrum. par. 7. quæſt. 6. & vide Bald. in l. facere, alleg. ff. ſol. matr. & Hippol. in dicta rubrica, numer. 225.* Ad ſecundum aduertas, quod in omnibus ſupradictis caſibus, in

quibus fideiussor agere poterit contra principalem antequam soluat, in illis etiam petere poterit se eximi, & liberari ab obligatione, *vt per Hippol. in d. rubrica, quæst. 39. &c. vbi videas.*

## QVAESTIO V.

### SVMMARIVM.

1 *Fideiussor de repræsentando, si tempus non sit appositum, quousque teneatur.*

2 *Fideiussor prædictus, an liberetur peremta instantia.*

3 *Distinctio Authoris in hac quæstione.*

4 *Iuramentum regulatur secundum naturam actus super quo interponitur.*

5 *Fideiussor taliter acceptus, an poterit statim se liberare.*

6 *Ex stipulatione pura statim agi potest.*

7 *Stipulatio pura ratione loci diem habere dicetur.*

8 *Pœna si non sit apposita in fideiußione, quæ pœna debeatur.*

9 *Circa id quod à lege est determinatum, iudicis arbitrium non operatur.*

10 *Ritus 159. circa prædicta, an hodie seruetur.*

11 *Carau. non sufficienter dixit super d. Ritu, illum hodie simpliciter seruari.*

12 *Inquisitus de vulnere, habilitatus sub fideiuß. absque certa pœna, si vulneratus deceßit, fideiussores sub qua pœna erunt requirendi.*

13 Fide-

13 *Fideiussor datus pro vulnere, an teneatur pro homicidio.*

14 *Bart. opinio super hac quaestione cum not. distinctione.*

15 *Noua consideratio Authoris super hac quaestione.*

16 *Ex processu formato de vulnere, an sequi posset condemnatio de homicidio absque nouo processu.*

QVINTO Principaliter quæro: Quis fideiussit de aliquem repræsentando, ac ex incuria, vel aliter omissum est tempus, scilicet infra quantum temp⁹, quæritur, † quousque hic fideiussor obligatus erit? Hippol. *in rubr. de fideiuss. quaest. 15. num. 141.* videtur tenere, hanc obligationem durare per quatuor menses, quando scriptura non interuenit; & si in scriptis, per duos menses, *per tex. in l. si fideiussor, C. de fideiuss.* vbi Bart. obscuram circa hoc adhibet distinctionem, vt quando respectu alicuius litis, vel sic simpliciter. Sed Bald. *in l. sancimus, C. eod. tit.* videtur contrarium tenere, *ibi num. 2.* vt infra duos menses tantum, *per d. l. si fideiussor.* Immo referunt aliqui, vt est quædam addit. ad Bart. *in d. l. si fideiussor in littera F.* quod Bald. *in l. 1. §. fin. ff. qui satisd. cog.* tenuit, quod si quis ita simpliciter fideiussit non respectu litis, sed respectu iudicis, seu partis, perpetuo teneretur, *per tex. in l. si quis vxori, §. si fugitiuum, ff. de furt.* qui tex. hoc non probat, 1

nec minus potui reperire d. Bald. authoritatem, *in d. §. fin.* Videtur tamen hoc Bald. tenere *in d. l. sancimus, num. 2.* Sed inueni Marcum Mant. *in sing. 533. incip. aliquis promiserat*, vbi nonnulla adducit ad demonstrandum, quod talis fideiussor perpetuo teneatur, nihilominus deinde concludit liberari per instantiæ
2 peremptionem, † sicque dictam fideiussionem tantum durare, quantum caussæ instantia durabit ex forma statuti, *per tex. in l. gracè, §. & post litem contest. ff. de fideiuss.* & idem sensit Bald. *in d. l. sancimus. C. de fideiuss. num. 2.*

Tu autem dicas, quod si fideiussio adiicitur liti habenti de sui natura determinatam
3 temporis qualitatem, † vt est de soluendo iudicatum, vel de stando iuri, non est dubium, quod adiecta intelligetur secundum illarum stipulationum naturam, & qualitatem, *vt d. l. græce, §. & post litem.* Qualitas enim principalis obligationis intelligitur repetita in fideiussore, *vt in l. si vt proponitur, ff. de fideiuss. cum aliis alleg. per Deci. in cons. 2. & Alex. in cons. 34. lib. 2.* sicut iuramentum, quod regulatur secundum naturam actus, super quo interpo-
4 nitur, † *l. fin. C. de non nu. pec. per Deci. & alios, in c. 1. de iudi. & idem Dec. in cons. 304. numer. 4. & 600. num. 12. & cons. 240. num. 2. cum simil.* Et nuper reperi Afflict. ita tenentem *in constit. sæpe contingit. in tit. de his qui post citat. &c. nu. 4. & 5.* vbi aliqua declarat, ac postmodum conclu-

concludit, fideiussionem de iudicio sisti in caussa criminali finiri instantia caussæ finita.

Si vero fideiussio non fuerit adiecta liti, habenti determinatam temporis qualitatem, vt est proprie quæstio nostra, tunc glos. *in d. l. si fideiussor.* dixit, quod si in scriptis, duret perpetuo, vel saltem per triennium seu biennium in criminalibus, quo durat instantia, *vt in l. properandum, §. 1. C. de iudi. cui adde Bald. in d. l. sancimus, numer. 2. & Mant. in d. sing. 533.* Et quidem sequor prædictorum opinionem, vt dicta fideiussio duret, donec instantia, &c. tamen adderem, quod fideiussor taliter acceptus poterit statim se liberare, † sicut etiam 5
Curia eum statim requirere posset, & Curia recipere præsentationem teneretur, & ipse Reus se præsentare. Nam cum dies in stipulatione non apponitur, pura esse censetur, & ex † ea de præsentatione agi potest. 6
*vt in l. eum, qui Calendis, §. fin. ff. de verb. oblig.* & facit *l. si cum præfinit, ff. quando dies leg. ced. in princ. & in §. omnis. Inst. de verb. oblig.* nisi esset locus appositus, in quo repræsentatio facienda esset: nam tunc ratione loci, stipulatio pura tacitam diem habere intelligetur, † quo cō- 7
mode ad locum illum peruenire fideiussor possit, *vt d. l. eum, qui Calen. §. fin. & l. interdum, & l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig. & l. 3. §. si quis ita stipul. il 2. ff. de eo quod cert. loc. & vide Iasonem, & alios in d. §. fin.* Tamen in prædictis

magnopere iudicis arbitrium operabitur, ad efficiendum, ne hæc promissio & fideiussio sit absq; aliqua vtilitate, *vt per Iason in d.§.fin.in princ.dum allegat. Bart. in l. si pœnam, ff. de verb. oblig.& vide Aret. in d.§. omnis,& faciunt dicta per nos supra in proxima superiori quæstione.* Possent quoq; prædicta difficultatem pati, si in fideiussione fuerit dictum, toties quoties, &c. *vt per Afflict in d. constit. sæpe contingit, num.* 4. sed vide ibi per ipsum, ac per nos supra dicta *in 2. modo.*

Supradicta autem quæstio similis est alteri quæstioni, An si in fideiussione non sit pœna
8 apposita, quæ pœna debeatur? † Et licet Spec. *in tit de accu.§.sequitur.nu.15.* dixerit de iure cõmuni iudicis arbitrio remitti, *refert Foller. in suis fragmen. post practica crimin. numer. 259.* in regno tamen hæc quæstio apparet sopita per Ritum Magnæ Curiæ 159. *incip. In primis quod fideiussores, ver, Item, nota, quod in criminalibus,* vbi dicitur, quod pro homicidio intelligetur ad pœnam vnciarum centum: si de priuato carcere vel falsitatis, vnciarum quinquaginta: si vero sint alia delicta, ad pœnam vnciarum viginti quinque. Et quando aliquid à lege est
9 determinatum, † iudicis arbitrium non operatur, *vt not. in l. eum qui Cal. §.fin. & in d.§. omnes,& in l. 1. in fin. ff. de iu. delib.& in c.de caussis. extra de off.deleg. Matth. in Auth. nisi breuiores, C.de sent. ex peric. recit.* Nihilominus videmus Ritũ illum

illum non obseruari per officiales in † Regno, 10
quando ipsi à principio taxant quantitatem fideiussionis, sub qua rei erunt habilitandi; nã modo centum, plus, vel minus, prout delicti qualitas, ac personæ conditio exposcerit, sicque ille Ritus hodie (meo iudicio) quoad illum versi. *Item quod in criminalibus*, non posset locum vendicare, nisi in casu quæstionis nostræ, scilicet quando esset ex incuria omissa quantitas in fideiussione: & ideo non sufficienter dixit Carau. † *super eo, in 3. not.* illum Ri- 11
tum optime seruari vbique, & regulariter, cũ videamus experto, non posse seu hodie non seruari nisi in prædicto vno casu, &c.

Sed iuxta prędicta etiam quæri potest, quid si quis accusatus, & inquisitus dę vulnere illato in personam alicuius, fuerit habilitatus sub fideiussoribus, nec fuit expressa quantitas in fideiussione: † deinde vulneratus obiit: re- 12
quiruntur fideiussores: quæritur sub qua pœna sunt requirendi, an sub pœna vnciarum centum, prout statuit dictus Ritus in homicidio, vel minori, quasi de vulnere, & non de homicidio? Hanc quæstionem Doc. posuerunt in alia forma, videlicet, An fideiussor datus pro vulnere teneatur de homicidio, si ex vulnere sit secuta mors? quam posuit Spec. *in tit. de fideiuss. §... nu. 12. ver. sed pone Titius, & Bald. ibi in addit. & Bart. in l. fideiussores magistr. ff. de fideiussor.* vbi Paulus de Castro, & alii: reassumit

Hippol. *in d. Rubric. de fideiuss. quaest. 55. nu. 365.* vbi recenset opiniones cum argumentis pro vtraque parte, & concludit, quod quando per statutum alia pœna imponitur pro vulnere, alia pro homicidio, & fideiussor fuerit acceptus pro vulnere, non tenetur ad pœnam pro homicidio, prout etiam tenuit Bal. *in d. addit. ad Specul. in titu. de fideiusso, & Florianus de S. Petr. in l. ait lex, in 1. colum. ff. ad l. Aquil.* Nam intentio fideiussoris videtur fuisse fidem dare pro vulnere, & non pro homicidio: & actus agentium non debet operari vltra eorum intentionem. Cõmuniter tamen consueuit determinari, *vt inquit Bart. in d. l. fideiussores Magistr.* quod aut ante fideiussionem apparebat vuln⁹ mor-
14 tale, & fideiussor secuta morte tenebitur: † *vt l. fin. in princ. ff. quorum leg.* aut non apparebat, & tunc non tenebitur, *arg. l. qui occidit, & l. in lege, ff. ad leg. Aqui.* licet ipse Bart. aliter ibi dicat, distinguendo, quod aut proceditur vigore iuris com. & tunc prædicta opinio de vulnere lethali vel non lethali procedat, addens etiam ipse, quod sit necesse nedum vulnus fuisse lethale, sed etiam quod fuerit proposita accusatio de vulnere mortali ex l. Cornelia, & quod in ea sit facta expressa mentio, qualiter vulnus erat lethale, & mortale, *vt etiã per Io. And. in addi. ad Spec. in d. §. 1. in add. incip. secundum Alber.* Si vero proceditur vigore statuti, diuersam pœnam pro vulnere, & diuersam pro

pro homicidio imponentis, tunc inquit Bart. quod fideiussor interueniens super illo vulnere de homicidio nō tenetur, quia non super eadem accusatione est damnatus: & hoc similiter verū, quando fuisset proposita accusatio de vulnere, vt supra: alias si simpliciter fideiussisset pro vulnere, tunc teneretur: nā videbitur fideiussisse in omnem caussam, quæ ex vulnere descenderet, *l. si quis pro eo. §. si nūmos, ff. de fideiuss.* Et ita residet Bart. qui tamen loquitur, quādo fideiussor fideiusserit pro accusato de vulnere, nedum de iudicio sisti, sed etiam de soluendo iudicatum, & accusatus fuerit condemnatus ad pœnam homicidii.

Aduerte: nam perlegi omnium opiniones, & tota vis huius quæstionis consistit, an ex eodē processu, formato de vulnere, possit sequi condemnatio de homicidio contra accusatū, absq; alio nouo processu, & informatione capienda? † Si condemnatio ex eodem proces- 15
su sequi poterit, non est dubium, quod fideiussor tenebitur: nam idem erit factum ac eadē obligatio absq; alia nouatione, hocq; esset quādo ille fuisset ita mortaliter vulneratus, ꝙ à principio ab omnibus fuerit habitus pro mortuo, *arg. text. in l. huic. §. 1. & in l. ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil.* Aut ex eodem processu capto de vulnere non poterat sequi condemnatio de homicidio, † absq; alio nouo processu, 16
& noua informatione capienda, vt fuit opinio Bald.

Bal. *in d. addit. ad Spec. de fideiuss.* & Florian. *in d. l. ait lex.* Quod esse poterit, quando licet lethaliter ille fuerit vulneratus, tamen postmodum conualuit, & est dubium, an sit mortuus ex vulnere, vel ex alia superuenienti caussa, *vt per Bar. in l fin. in fin. ff. de sicar. Hippol. in sua Prac. §. & quia num. 16. Boerius in decis. 323. & Abb. in c. 2. extra de cler. percuss.* Et proinde capitur de nouo informatio, & nouus sit super hoc processus, tunc fideiussor non tenebitur, quasi quod actio, & accusatio sit nouata, *arg. tex. in l. nouatione, C. de fideiussor, & per Bart. in l. Valerianus, in fin. ff. de præt. stipul.* Sed cogita, quia noua est consideratio.

Ac ex supradictis decidi potest quæstio proposita, quomodo sint dicti fideiussores requirendi, an sub pœna quæ conuenit homicidio, vel quæ competit vulneri? & vide Bald. *in consil. 204. lib. 1.* & Foller. *in alleg. fragm. num. 262.* qui satis succincte pertransit. Ac vide Dominum Iulium Clarum *in sua Prac. §. homicidium, vers. sed quid si reus*, vbi in fine videtur ponere distinctionem, quam supra posui.

QVAESTIO VI.

SVMMARIVM.

1 *Debitor an possit renouare fideiussionem cum præstatione aliorum fideiussorum æquè idoneorum inuito creditore seu Curia.*

*2 Duo*

2 Duo casus excipiuntur à dicta quæstione indubitabiles.

3 Duo sunt iura principalia quæ contradicunt ad inuicem in hac quæstione vti duo commilitones, per quæ late discutitur quæstio.

4 Creditor an cogi posit ad nouandum obligationem in alterius persona ita vt prima persona liberetur.

5 Remedium quod datur debitori obligato renouare fideiussionem casu quo non potuerit.

6 Differentia secundum Bal. in fideiussore dato vel in fideiussore dando.

7 Author speculandi caussa defendit opinionem contra Bal. & commun.

8 Quod tibi non nocet & alteri prodest concedendum est.

9 Quilibet debet esse intentus, vt alij prosit, & non noceat.

10 Aequitas suadet, vt vna persona æque idonea supponi posit in locum primæ.

11 Responsio Decij ad tex. in §. item si dum. an procedat & satisfaciat.

12 Intellectus nouus ad tex. in d. §. item si dum. per Auth. traditus.

13 Præiudicium maius infertur creditori, quando totaliter tollitur principalis obligatio, quam quando accessoria, fideiussoria tantum remanente principali.

14 Differt obligationem exstingui, vel obligationem cessare.

*15 Sac. Conſ. Collat. iudicauit nuper in fauorem creditoris ſecundum opin. Bald. & commun.*

*16 Caſus quando prouideri poteſt in fauorem debitoris volentis renouare fideiuſſionem, poſitus per D. Vinc. de Franch. in ſua deciſ.*

*17 Decreto iudicis euitari poteſt, ne fideiuſſiones capiantur periculo actuariorum.*

SEXTO Principaliter quæro: Quidam fideiuſſit pro aliquo Reo, ſeu debitore de repræſentando ſeu de ſoluendo, vel aliter: hic reus ſeu debitor vult renouare hanc fide-
1 iuſſionem, † cum præſentatione aliorum fideiuſſorum æque idoneorum, & ſufficientium, & liberare primũ fideiuſſorem, quæritur, An poſſit inuito creditore, ſeu Curia? & in hac quæſtione ante omnia aduerte: nam debemus duos caſus excipere, vti indubitabiles:
2 † Primus eſt, ſi alii fideiuſſores, qui ſunt præſtandi, non eſſent æque idonei, & ſufficientes: nam tunc quæſtio eſſet indubitabilis. Secundus ſi creditore ſeu iudice repugnante, alias ſi ipſis conſentientibus, quæſtio ſimiliter indubitabilis eſſet. Quæſtio igitur dubitabilis erit, quando repugnante creditore ſeu iudice, debitor offerret alios fideiuſſores æquè idoneos & ſufficientes. In qua quæſtione Hipp. *in rubr. de fideiuſ. quæſt. 30. num. 213.* adducit pro vtraq; parte nonnulla ſimilia, ea vero, quæ magis ſtringunt, ſunt dicta per Bald. *in l. ſi pater. C. de col-*

*decollat.* Tamen ſubſtantialiter procedendo, duo ſunt iura principalia, quæ tanquam duo validiſſimi commilitones † ad inuicem pugnant, & contradicunt. Et licet habeant alios milites aſſiſtentes, & ſic pro vtraque parte alia etiam adſint iura, tamen tota vis belli & quæſtionis reducitur in vera intelligentia dictarum duarum legum. 3

Pro Reo ſeu debitore deſiderante fideiuſſorem renouare cum præſtatione aliorum fideiuſſorem æque idoneorum, eſt Vlpianus *in l. qui autem, §. ſed & ſi quis certam, ff. de conſt. pecu.* vbi aperte dicitur, quod ſi quis certam perſonam pro ſe fideiuſſuram conſtituerit, deinde illa perſona noluit fideiubere, ſeu non potuit, conſtituens tenetur, vel ad id quod intereſt, vel aliam perſonam non minus idoneam fideiubentem præſtare. Igitur ex hoc tex. clare habetur, debitorem poſſe in locum primi fideiuſſoris alium æque idoneum præſtare, & gloſ. *ibi in verbo, ſi nulla,* aliqua concomitantia iura adducit, vt tex. *in l. Labeo. la 2. §. fin. & l. ſeq. ff. de arbit.* qui tex. optime facit, & ibi Bal. videtur ſentire pro hac opinione, dum loquitur de ſtatuto, & dicit, creditor cogitur recipere, &c. & text. *in l. ſi quis domum, in princ. ff. loc.* & vltra gloſ. eſt text. *in l. illud, in fin. ff. quod met cau. cum aliis alleg. per Decium in l. ſi pater. C. de collat.*

Pro creditore vero ſeu Curia eſt Iuriſconſ. Paulus *in l. ſi mandatu meo, §. item ſi dum negocia*

*mea, &c. ff. mand.* vbi dicitur, quod si quis negocia mea gerens, se obligauerit alicui ex creditoribus meis, antequam soluat, potest agere, vt ego suscipiam obligationem, id est obliger creditori meo, & ipsum liberem ab obligatione, & promissione pro me facta. Sed si creditor meus nolit mutare obligationem, ego debebo illi gerenti mea negocia cauere, defensum iri à me. Probatur itaque dilucidissime etiam ex hoc tex. esse in voluntate creditoris, si voluerit mutare obligationem, si vel ne. Et ibi ex illo tex. Bartol. Bald. Castren. & communiter alii notant, creditorem cogi nõ posse ad nouandum obligationem in alterius
4 persona, † ita vt prior liberetur, & hanc opinionem expresse firmat Bal. *in d. l. si pater, C. de collat.* vbi etiam ponit remedium, quomodo sit succurrendum debitori, qui forte se obligauerat renouare fideiussionem, ac extrahere, & liberare fideiussorem ab obligatione,
5 seu fideiussione, dicens; † ꝙ illud quod fieri non potuit per modum liberationis, fiet per modum cautionis, & quod cauendum erit fideiussori pignoribus sibi datis, vel si noluerit pignora, dare ei alios fideiussores de eum cõseruando indemné: si vero fideiussores prędictos non inuenerit debitor, nec fideiussor pignora recipere voluerit, tunc ipse fideiussor videtur facere, quominus possit sibi caueri: & ideo satis erit mihi qui debeo, &c. *vt in l. habere,*

*bere*, §. *cautum*, *ff. de verb. sig. cum alijs alleg. ibidem per Bal. & vide eund. in d. l. Labeo*, §. *fin.* Et hanc partem sequitur etiam Hippol. *in d. quæst 3.* & ad d. l. *qui autem*, §. *sed & si quis*, *&c.* respondet Bald. *in d. l. si pater*, videlicet, quod ibi sumus in fideiussore dando, sed nos tractamus de fideiussore dato. † Sed aduerte: licet temerarium sit contra sententiam tantorum 6
Patrum sentire, tamen vna cum Decio, *in d. l. si pater*, vbi defendit opinionem in fauorem debitoris, speculandi caussa dici posset, † debitorem nouare volentem obligationem primi fideiussoris cum præstatione aliorum fideiussorum æque idoneorum, etiam inuito creditore esse audiendum, ac admittendum, considerando, quod dum æque idoneus fideiussor præstatur, nullum damnum, seu præiudicium fit creditori, maxime re integra, quando non cœpisset agere contra primum fideiussorem, ac fit maximum commodum debitori, qui liberatur à promissione, seu obligatione forte facta fideiussori de ipsum liberando à fideiussione: Igitur concedi debet, 7
† *arg. l. 2. in princ. ff. sol. matri. & in l. 9* §. *deniq. ff. de aqua plu. ar. vbi glos.* Et hoc etiam considerauit Bal. *in d. l. si pater, & Dec. ibidem*, cui considerationi addamus, quod quilibet debet esse intentus, † vt alii prosit, & non noceat, alias potius esset quædam duritia ipsius creditoris, *arg. tex. & glos. in verbo, offici, in l. seruus ea* 8
9

*lege, ff. de seru. export.* ac æquissimum est, creditorem ita agere rem sui debitoris sicut suã, *l. 1. ff. de solu.* Et pro hac æquitate, scilicet ꝙ sit licitum, & concessum supponere aliam
10 personam † æque idoneam in locum primæ, faciunt supra allegatæ ll. *Labeo, §. fin. ff. de arbi. l. illud, in fin. ff. quod met. caus. cum simil.* & tenendo hanc partem pro qua æquitas plurimum
11 præualet, respondet Decius † ad tex. *in alleg. l. si mandatu meo, §. Item si dum,* vt sit verum, ꝙ creditor non cogatur recipere alium quam debitorem suum proprium regulariter, sed ex caussa hoc fieri posse, vt est, quando æque idoneus offertur ex caussa necessitatis ad eximendum debitorem ab obligatione fideiussori facta de ipsum liberando, *vt per Alex. in d. l. 2. ff. sol. matr.* ac etiam tollit Decius responsionem per Bal. datam, *ad d. §. sed & si quis,* vt loqueretur in fideiussore dando, & d. *§. Item si dum,* in fideiussore dato. Inquit enim quod nulla considerari poterit diuersitatis ratio, & eadem ratio militat in fideiussore dando, quæ in dato, cum vtroq; casu sit ius quæsitum creditori, vt debitor adimpleat.

Sed ego aliter respondeo *ad d. §. Item si dum,*
12 † vt dum ibi dicitur, quod creditor non cogitur mutare obligationem, intellige scilicet primam, id est suum proprium, & principalem debitorem: nam ibi ille negotiorum gestor erat ꝓprio nomine obligatus illi tali creditori:

ditori: & ideo si cogeretur mutare, tolleretur penitus omnis & totalis obligatio: secus verò qñ offertur fideiussor æque idoneus: nã tunc remanet obligatio principalis, & tractatur tãtum de transmutando obligationẽ fideiussoriã, quæ est accessoria, supponendo aliam in eius locũ, æque idoneam & efficacem, ꝙ licitum est, *vt in d. §. sed & si quis*, & ratio esse potest; nam maius infertur præiudicium creditori, † qñ totaliter destituitur à principali ob- 13
ligatione, quã quando ab accessoria remanente principali, *arg. text. in l. fi. ff. de duob. reis*. & eorum, quæ not. Bart. *in l. 1. C. de fideiuss. & in l. cum res, §. aream, ff. de sol.* vbi dicit differre, obligationẽ exstingui, vel obligationem cessare, vt etiã per Neguss. *de pigno. in 1. memb. 6. p. nu. 45.*
†Et secundum prædictum intellectũ, quando 14
fideiussor esset principali nomine, & in solidũ obligatus cum principali, posset forte ꝓcedere opinio Bal. & aliorũ, licet hoc etiã casu duæ possent considerari obligationes, quę etsi ambo principales, tñ non nouarentur ambo, seu nõ eximuntur ambę personæ ab obligatione, sed vna tm̃, & altera remanet obligata, *vt in d. l. fi. ff. de duob. reis*. Secundum tamen primã opinionem Baldi, & aliorum, contra debitorem renouare volentẽ, nuper iudicauit S. C. Collaterale in fauorẽ fidelissimæ Ciuitatis Neapolis, † vt refert Dom. Vinc. de Franch. *in sua de-* 15
*cis. 202.* licet ibi dicat, ipsum consueuisse ꝓpui-
 dere

dere, secundum opinionem Decii *in d. l. si pater*, vt ex caussa creditor cogeretur ad recipiendum alium fideiussorem, æque idoneum, in locum primi, & primus liberaretur, vt est, quando in concursu creditorum pecunia alicui liberatur cum cautione,
16 † qui cum non possit inuenire fideiussores, conuenit vt fideiussor præstandus retineat penes se pecuniam loco indemnitatis. Nam si postea ille, cui pecunia liberata fuit, alium fideiussorem æque idoneum offerat, ac petat primi liberationem, etiam recusantibus his, apud quos prima fideiussio præstita est, admittitur, ne priuetur quo modo propriæ substantiæ, & quod primus fideiussor liberetur, & pecunia restituatur creditori, hocque si Actuarius, (inquit Dominus de Franchis) cuius periculo fi-
17 deiussiones capiuntur, contentatur, † & non recusat alium fideiussorem recipere. Quam difficultatem, quæ (meo iudicio) maior aliis est, putarem etiam euitari posse, quando iudex caussa cognita, quod fideiussor de nouo oblatus esset æque idoneus, mandaret per decretum, quod talis fideiussor reciperetur, *arg. l. fin. C. de mag. conu. cum simil.* ad quod iudices faciles esse debent, ad euitandum illaqueationes auaritiæ actuariorum, &c.

QVAESTIO VII.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Reus principalis si fuerit bannitus, & eius bona fisco applicata, an fideiussores eius creditoribus teneantur.*

2 *Et quid si creditor principalis sit fiscus, & num. 3.*

3 *Tex. in l. 1. C. de fideiussor. non debuit allegari ab Hippol. vti contrarius, sed bene vti diuersus.*

4 *Bona principalis si non sint soluendo, quocunque modo ad fiscum peruenerint fideiussores an liberentur.*

5 *Differentia inter fideiussorē qui se obligauit in beneficium fisci, & illum qui se obligauit in beneficium priuati.*

6 *Bal. consideratio in l. 1. & in l. sententia, C. de fideiuss. vt fiscus non possit excuti, quomodo procedat.*

7 *Bona principalis si ad fiscum peruenerint, agitur contra fideiuss. absque excußione.*

8 *Fiscus an excutiatur, si bona debitoris ad ipsum peruenerint.*

9 *Fiscus quod posit excuti, quomodo sit intelligendum.*

10 *Noua quæstio posita per Authorem circa materiam.*

11 *Debitor si obtulit debitum, & deposuit, & deinde reacceperit pecuniam, an fideiussores eiusdem teneantur.*

12 *Debitoris bonis publicatis pro parte ad fiscum peruenta debitor liberatur, & fiscus tenetur.*

13 Principali restituto quo ad bona, quando teneatur suis prioribus creditoribus.
14 Principali restituto, vt supra quoad bona, si bona hoc medio tempore fuerant alienata, quomodo creditoribus contra fiscum consuletur.
15 Obligatio in perpetuum sublata restitui quando possit.
16 Restitutio à principe facta quoad bona intelligitur absque tertii praeiudicio.
17 Lazarus resuscitatus an recuperauit bona medio tempore alienata.
18 Lex quod non dicit nec nos dicere id debemus.
19 Bonis fisco delatis, an obligationes in ipsum transfundantur ex vi nouationis.
20 Debitoris bonis publicatis, non tollitur obligatio, sed tantum persona eximitur.
21 Ratio eadem quae militat in contractu militat in distractu, & econtra.
22 Vbi eadem ratio ibi eadem iuris dispositio.
23 Consideratio noua ad text. in l. si debitor. C. de sent. poss. per Auth.
24 Fideiussor tenetur vtili actione in defectum bonorum restitutorum.
25 Actiones confusae quare non resuscitantur.
26 Restitutio principis quando non poterit praeiudicare iuri tertio quaesito.
27 Regula, quod solutione eius quod debetur, &c. quomodo intelligenda.
28 Extensio fit ex identitate rationis.

SEPTIMO principaliter quæro: Quis pro aliquo fideiussit de soluendo, & ille propter delictum est effectus contumax, & forbannitus, ac eius bona † publicata, & fisco fuerunt delata, an fideiussor creditoribus teneatur? Hippol. *in rubrica de fideiuss. q. 48. per cons. Raph. Cuma. 32. incip. inculpatus*, licet in alia quæstione, quando scilicet quis fideiusserit apud fiscũ, & sic fiscus erat creditor, † tenuit fideiussorem non teneri: allegauit autẽ ꝑ contraria opinione tex. *in l. 1. C. de fideiuss. & in l. vbicunq;, ff. eod.* quæ iura pro quæstione ibi per Hippol. posita non debebant vti contraria allegari, † sed bene vti diuersa, cum loquantur in casu penitus diuerso. Quæstio nãq; Hippo. est, quãdo fiscusmet erat creditor, & fideiussio capta fuerat in fisci beneficiũ, quo casu si bona debitoris ad fiscũ ꝑuenerint siue ex successione, seu quoquo alio modo, fideiussores nõ tenentur, dũmodo debitor, cuius bona fiscus occupauit, sit soluẽdo, vt per Bart. *in l. in fraudẽ. §. si principalis, ff. de iure fisci.* dum reprobauit ibi opinionem glos. volentis, ꝙ si ad fiscum bona peruenerint ex successione, tunc vti heres ex confusione fideiussores liberaret *l. generaliter, & l. heres, quod si stipulator, & l. Vranius, ff. de fideiuss.* 1 2 3

Secus vero quando fiscus occupauit bona debitoris, ex quo sibi non soluebat: nam tunc si bona sunt soluendo, fideiussores libe-

ratur, alias secus, *vt d. §. si principalis.* Bart. enim ibi dicit, quod illius glos. opinio non est vera:
4 Nam † quocunque modo fiscus debitoris bona occupauerit, fideiussores minime liberantur, si bona non sunt soluendo, *vt in l. 1. §. an bona, ff. de iure fis. & per eund. in l. si vero, in princ. ff. qui satisd. cog.* text vero *in d. l. 1. C. de fideiuss.* loquitur quando fideiussio fuerat capta in beneficium alterius priuati, & bona debitoris ad fiscum peruenerunt ex condemnatione, vt tunc fideiussores non sint liberati, & sic est casus satis diuersus. Dicas itaq; quod aut fide-
5 iussor se obligauit in beneficium † fisci, & tunc quocunque modo ad fiscum debitoris bona peruenerint, si bona erunt soluendo, fideiussor liberatur, & hoc modo declarata procedet opinio Cumani *in d. consil. 32.* Aut fideiussor se obligauit in beneficium priuati, & tunc quocunque modo bona debitoris ad fiscum peruenerint, fideiussor quo ad priuatũ creditorem non liberatur, *vt in d. l. 1. & clarius in l. sententia, C. eo. tit.* & ita intelligerem tex. *in l. 3. C. sent. pass. alleg. per glos. in d. l. 1.*

Sed considera id, quod dixit Bal. *in alleg. l. 1. & in d. l. sententia,* dum ex illis iuribus notauit,
6 rei principalis condemnationem fideiussori non prodesse, † ait deinde, ipsum ostendere velle, hodie de iure nouissimo dictam condemnationem prodesse. Nam fideiussor conueniri non potest, nisi excusso principali, *vt in Auth.*

*Auth. præsente*, C. *de fideiuss.* Sed fiscus non potest excuti, quia semper est diues, & soluendo: igitur semper fiscus tenebitur, & consequenter fideiussor censebitur liberatus, & proinde subdebat, nisi fideiussor renunciasset beneficio d. Authen. Et hanc eandem opinionem videtur tenuisse Bald. *in cap. cum super. de re iudic. & Bartol. in l. fin. ff. si cer. pet.* Ex quo Doct. dum tractant materiam excussionis, de qua dicemus infra in vltima principali quæstione, inter casus quibus exsequi potest contra fideiussorem nō facta excussione prin- 7
cipalis, † ponunt supra dictū casum quæstionis nostræ, de quo *in d. l. 1.* videlicet quando bona debitoris ad fiscum peruenerint ac fuerint publicata: nam tunc debitor notorie dicitur non soluendo, *vt per Bart. in d. l. fin.* & tamen communiter intelligunt, vt eo casu dicatur, non esse excussionem necessariam quoad bona debitoris, secus quoad fiscum, ad quem bona peruenerint: nam tunc bene necessaria 8
erit excussio, † *vt per Ias. & alios in d. l. final. vbi dicunt hanc esse communem opinionem contra Bart. vt refert etiam Negusan. de pign. par. 8. memb. 1. nu. 15. & vide Ro. in sing. 641. incip. scis quod hodie, &c. & sing. Franch. Crem. 44. incip. an fideiuss. & ambo per glos. not. in d. l. sententia, ac apertissime consuluit Rom. cons. 93. incip. visis quæ superius, cum alijs allegat. per Vrsillum super decis. Afflict. 88. nu. 3. & 4. vbi refert idem consuluisse Bald. quasi sibi con-*

*trarium in conſ.359. incip. quemadmodum Imper. lib.3. vbi non ita inſtanter affirmat ſicut in conſ.192. incip. proponitur, in 3. dub. lib.1 non alleg. per Vrſill.* Ac prædicta, vt excuſſio fieri poſſit contra fiſcum, intellige, quando fiſcus acceptaſſet bo-
9 na condemnati, † alias non ſufficeret, ꝙ debitor eſſet condemnatus, & eius bona publicata, *vt per Bart. in l. ſi vero. in fin. princ. ff. qui ſatiſcog. per text. in d. l.1. §. an bona, ff. de iure fiſc. & alia ibi per ipſum alleg. & per Anchar. conſ.294 nu.2. & in conſ.317. nu. 4.*

Sed retenta opinione Cumani per Hippol. relata, vt ſupra, ꝙ ſcilicet, quãdo fideiuſſor captus fuerit in beneficium fiſci, & fiſcus habuerit debitoris bona ex condemnatione, ſit liberatus: quæro: Quid ſi debitor condemnatus, cuius bona publicata fuere ac à fiſco acceptata, ex indulgentia ſeu meli⁹ ex beneficio reſtitutionis recuperauit bona, quia princeps eum
10 reſtituit, etiam quoad bona, † *vt in l.1. C. de ſent. paſſ. cũ ſimil.* an fideiuſſoris obligatio ſemel exſtincta reuiuiſcat in beneficiũ eiuſdem fiſci ꝓ maiori ſecuritate eius crediti? Vidi nonnullos ſcribentes ſuper materia, & nõ reperi hãc quęſtionem ab aliquo tactam, verum Hippo. *in d. Rub. de fideiuſſ. qu. 58.* poſuit quæſtionem huic quaſi ſimilem, videlicet, debitor qui dederat fideiuſſ. de ſoluendo ad certum tempus, adueniente tẽpore ſolutionis obtulit debitũ, depoſuit, & conſignauit, quo caſu obligatio eſt

ſubla-

sublata, *arg.l.qui mutua,§.fideiussor,ff.mand.* tam respectu ipsius debitoris, quam fideiussoris, *vt ibid. not.* Quid si idẽ debitor eandem pecuniã reaccipiat, † an obligatio reuiuiscat etiã quo-ad ipsum fideiussorem? & ibi adducit author. 11
Spec.*in tit.de fideiuss.§.1.nu.20.vers.quid si obtuli, &c.* à quo loco Hippol. habuit dictã quæstionẽ, & per doctrinã eiusdẽ Spec.*in eãd.§.nu.24. vers.pone quod deberes,&c.* videtur cõcludere cõtra fideiussorẽ argumentis tamẽ quæ non satis stringunt, sed more suo add. per locũ à simili.

Vnde ipsi, antequam deueniam ad apparatum quæstionis propositæ, facio duo necessaria præsupposita.

Primum quod publicatis bonis debitoris pro ea parte, quæ ad fiscũ peruenerit, † debitor liberatur à suis creditoribus, *l.si debitor, & l.si ademptis, C. de sent.pass. l.si vt proponis.C de bo. damnat.l.tutoris, C.ad leg.Iul. de vi publ. & d.l.1. & l.sententia, C.de fideiuss. & prout fuit iudicatum per Sacr. Consi. decis. 85. per Gram.* Verum creditores huius debitoris habebunt recursum contra fiscũ pro ea portione, quæ ad fiscũ peruenerit, ac contra fideiussores, *vt d.l.1. & l. sententia:* hocq; quãdo creditores essent personæ priuatæ, secus si idem fiscus: nam tunc principalis & fideiussor liberantur, vt supra diximus *ex l.si in fraudẽ,§.si principalis,ff.de iure fisci.* 12

Secundũ præsuppositum est, quod si debitor bannitus, cuius bona publicata fuerunt, ac fisco

ac fisco acquisita, fuerit in integrum à Principe restitutus, *iuxta d. l. 1. C. de sent. pas.* & sic recuperauit bona, tenetur suis prioribus creditoribus, quando † non res particularis, sed
13 quota bonorum, seu omnia bona fuerunt restituta, *vt est tex. in d. l. si debitor, & in l. si deportationis, C. de sen. pas. & per Nellum à S. Gem. in tracta. bannit. in 1. par. 3. temp. in 21. q.* nisi hoc medio tempore aliqua ex prædictis bonis per fiscum fuerint alienata: nam super illis bonis, cum ea debitor non recuperet, non tenetur suis prioribus creditoribus: sed creditores recursum habebunt contra fiscum, quatenus lo
14 cupletior † factus esset, *vt per doct. in l. fin. C. de sent. pas. & in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de li. & posth. & in l. sed & si §. item si rem, ff. de pet. hæred. Nellus in loco allega. q. 5. & 6.* Et hoc intellige, nisi Princeps etiam quoad hæc bona alienata restituisset, *vt per Bart. & Bal. in l. quæcunque, C. de fide instr. & iure, &c. lib. 10. Nellus in loco alleg. quæst. 8. Gram. decis. 65. num. 18.* quo casu fiscus teneretur ad restitutionem pretii, quo illa bona fuerunt vendita, *vt per Alex. & alios, in d. l. fin. Iser. in c. 1. §. similiter. de Capit. qui Curiam vend. & in constit. si vasalli.* & Afflict. *in d. const. & in prælud. const. q. 4. num. 7. & 8.* vbi etiam dicit, quod quãdo princeps seu fiscus pretium prædictum non restitueret, tunc emtor illorum bonorum teneretur creditoribus, & ipse aget ad pretium contra fiscum, *per tex. in l. 2. C. pro*

*quibus*

*quibus cauſ. ſer. pram. &c.* intelligendo illum tex. vt ibi per eum, licet in libro meo dicit, *vt eorum, &c.*& non *& eorum*, ex quorum verborum diuerſitate pendet intellectus dic.l. vt ibi per Afflict.

His itaque ſuppoſitis venio ad apparatum quæſtionis, & primo in fauorem fideiuſſoris, ſcilicet, quod eius obligatio ſemel exſtincta non reuiuiſcat, facit caſus *l. cum res, §. aream, ff. de ſol.* in ratione ſui, ibi, *in perpetuum enim ſublata obligatio reſtitui non poteſt*, † quam concomitantur omnia alia ibi per gloſ. allegata *in verbo, in perpetuum.* Sed cum fiſcus habuit bona ſui debitoris, omnis obligatio fuit ſublata etiam reſpectu fideiuſſoris, *vt in d. §. ſi principalis, cum ſimil. ſupra alleg.* Igitur, &c. Secundo ſimiliter allegatur caſus legis *in l. eius qui. §. fin. ff. de iure fiſ.* vbi dicitur, quod fiſcus, ſi alicuius bona occupauerit, actiones, & obligationes confunduntur, quas ſic confuſas poſtea non reſuſcitari, inquit aperte ibi ille tex. Igitur ſi obligationes, & actiones non reſuſcitantur, fideiuſſores non tenentur. Tertio facit: nam quando princeps reſtituit debitorem bannitum ad bona, dicta reſtitutio intelligitur abſq; tertii præiudicio, cui erat ius quæſitum, † *vt in l. ord. ff. ad muni. & not. in l. quid ergo, §. pœna grauior, ff. de infam. cum aliis alleg. per Bal. in d. l. fin. num. 5. C. de ſent. paſ. & in l. iura conſtitui, ff. de leg.* & per Gram. *in dec. 103. num. 118. & 110.* vbi † ponit

15 16 17

ponit de Lazaro resuscitato, an recuperauerit bona medio tempore alienata, &c. & adde huic tertio auth. Speculi *in d. tit. de fideiuss. §. 1. nu. 20. per tex. in l. accept. C. de vsur.* Quarto facit, nam dum lex loquitur de restitutione bonorũ publicatorum, exprimit tantum, principales teneri prioribus creditoribus, *vt d. l. si debitor & l. si deportationis*, ac verbum nullũ de fideiussoribus; cum tamen ad legis perfectionẽm dicere ac disponere debuisset. Igitur si lex non
18 dixit, † nec nos dicere debemus, *l. seruum quis, ff. de acq. hared. l 3. §. fin. ff. de prauari. arg. l. de pretio, ff. de publ. vel simil. alleg. per Hippol. in cons. 53. nu. 28. & cons. 71. nu. 12.* Ac lex non habet locũ, nisi in casibus in ipsa comprehensis, *vt in auth. cui relictum, C. de ind. vidui, & ibi Bald. nu. 19. in 6. q.* cũ casus à lege omissus habetur pro omisso, *c. dilectus, de temp. ord. l. an in totum, C. de ædif. priu. c. in vestram, de iureiur. cum simil. alleg. per Alex. in cons. 123. nu. 21. lib. 4. 5.* Et vlt. facit: nam cũ bona debitoris publicantur, obligationes su-
19 per illis bonis contractæ quasi ex † vi nouationis in fiscũ transfunduntur, *vt in d. l. 1. C. de fideiuss. vbi Bald. arg. l. 1. ff. de nouat.* & similiter quando bona deinde restituuntur, transfunduntur obligationes in debitorem restitutũ. Nam sicut eo casu fiscus tenetur, in hoc casu debitor, *vt d. l. si debit. & l. si deportationis.* Sed quando in alium transfundũtur obligationes ac nouantur, fideiussores liberantur, nisi de nouo se obliga-

ligaueriut, *vt in l. nouatione. C. de fideiuss. & in l. alium, ff. eo.* Igitur, &c. & hoc est validum fundamentum, &c.

Pro contraria vera opinione, & sic contra fideiussorem, facit primo alleg. doctrina Specul. *in d. tit. de fideiuss. §. 1. nu. 24.* vbi in casu simili videtur cõtra fideiussorem concludere, vt detur vtilis actio, *per tex. in l. Titius, ff. de iure fisc. & in l. si creditor, & in d. l. cum res, in princ. ff. de solu.* in quibus iuribus probatur, obligationem his casibus non in perpetuum exstingui, & maxime *in d. l. Titius,* vbi casus huius quæstionis videtur decisus. Secundo facit casus legis allegatus per glos. *in d. §. per aream,* pro contraria opinione *in l. si cũ quis, fin. ff. de furt.* vbi probatur actionẽ noxalẽ pp serui captiuitatẽ exstinctã renasci, si seruus fuerit post liminio reuersus. Igitur similiter in casu nostro, &c. Tertio facit not. doctrina Bart. *in d. l. 1. C. de fideiuss.* vbi aperte probat, ꝙ quando fiscus occupat bona debitoris, debitor intelligitur liberatꝰ à ciuili, & naturali obligatione, non quod obligatio tollatur, sed in fiscum † tanquam in successo- 20
rem transfunditur, & solũmodo persona ab obligatione eximitur, obligatione remanente firma, vt inquit notari *in l. si debitori, ff. de fideiuss.* Igitur cũ obligatio non tollatur, sed tantũ pſona eximitur, igitur cũ hodie pſona redeat, obligatio redibit ac residebit in eius persona, prout per prius, & cum iisdem qualitatibus, scilicet

scilicet cum fideiussore, *arg.l. si, vt proponitur, ff. de fideiuss.* & eius regulæ quæ habetur, quod eadem ratio, quæ militat in distractu, militat
21 in contractu, † *vt per Tiraquell. post tract. de leg. connub. in ver. contracter. in glos. 3. & per Deci. in l. iubere cauere, ff. de iurisd. omn. iud. vt per D. de Franch. in deci s. 48. num. 6. & decis. 136. in fin. & faciunt dicta per Dec. in cons. 141. num. 1.* Quarto facit argumentum à simili ac paritate rationis. Nam sicut, quando fiscus occupat bona debitoris, fideiussores liberantur, & in hoc eius conditio tunc fit deterior, ita cum relaxet fiscus bona, & ea ad debitorem redeant, fideiussores debent teneri, vt parem conditio-
22 nem † vterque habeat, *arg. l. cum pro pecunia C. de solu. & l. si de meis, ff. de arb. cum simil. alleg. per Roman. cons. 137. in fine, & Crauet. cons. 133. col. 2. vers. 6. potest, & vide D. de Franch. in d. deci. 136. nu. 6.* Quinto, & vlt. adducitur tex. *in d. l. si debitori, C. de sent. pass. in fine ibi, Quod si ob pecuniam debitam fisco bona eius occupata sunt, mansit vna cum fideiussoribus propriis creditoribus obligata.* Nãq; in eo tex. non de alio quærebatur, nisi an bona fisco acquisita, deinde ex gratia Principis restituta, iterum primis creditoribus essent obligata. Et respondit Imp. faciendo duos ca-
23 sus: † Primum si res particularis restituitur, eã non esse obligatam: Secundum si pars bonorum, illam partem esse obligatam, & hæc quando ex delicto bona essent publicata, subdens,

ſubdens, quod ſi ob pecuniam fiſco debitam bona eius publicata ſunt, & ſic non ex delicto, an ſi fuerint reſtituta, ſint obligata: ſicq; retento eodem themate, reſpondet, quod ſit vna cum ſuis fideiuſſoribus propriis creditoribus obligatus, quaſi dicat, non eſt dubium quod ſint obligata: nam nedum ipſe ſed eius fideiuſſores remanſerunt obligati. Non enim dicit, manet, per verbum præſentis, ſed, manſit per verbum præteriti temporis, *iuxta d. doct. Bart. in d. l. 1. C. de fideiuſ.* quod ſcilicet obligatio non ſit mutata nec ſublata, ſed tantũ perſona exemta ab obligatione.

Et hanc partem ego pro nunc firmo, vt fideiuſſor teneatur vti actione in defectum dictorum bonorum reſtitutorum, vt firmauit Spec. † *in §. 1. num. 20.* non tamen ipſe allegauit tex. qui hoc apertiſſime probat *in l. ſed reuocata, ff. de iure fiſ.* Nam ait ille tex. *ſed reuocata pecunia in fideiuſſorem liberatum vtilis actio datur,* & ille text. venit relatiue, & continuatiue ad text. ad l. proximam præcedentem *incip. deferre, §. fin.* vbi fuerat dubitatum, ſi debitor priuati cum fideiuſſore ſoluerit priuato, ita vt ipſe & eius fideiuſſor ſint liberati, deinde ex quo idem debitor debebat fiſco, fiſcus ex ſuo priuilegio pecuniam priuato creditori ſolutã auocauerit, an debitor incipiat denuo teneri primo creditori actione directa, id eſt ſuſcitata, inquit ibi gloſ. Et ille text. *in d. §. fin.* inquit, 24

R debito-

debitorem denuo teneri primo creditori absque tamen vsuris, *vt in l. subsequenti. denique*, & nedum ipse, sed eius fideiussor, qui putabat se liberatum, vtili actione tenetur, vt inquit demum dictus text. *in d. l. sed reuocata & ibi glos.* Itaque ex prædictis rationibus & iuribus liquido constat, fideiussorem teneri restituto principali debitore per principem, quoad bona, &c.

Nec obstant modo allegata in contrarium, & primo text. *in d. l. cum res, §. aream.* Nam ibi in perpetuum fuerat sublata obligatio, & inde nõ poterat reuiuiscere, *arg. l. si decesserit, ff. qui satisd. cog.* At hic nullo modo erat sublata, sed tantum persona exemta ab obligatione, *vt per Bart. in d. l. 1. C. de fideiuss. vt sup. diximus.* Igitur, &c.

25 Nec secundum de text. *in l. eius, qui. §. fin.* † nam ibi actiones confusæ non resuscitantur in pœnam illius, qui post aditam hereditatem defuncti mortem non defendit, & sic est casus specialis: vel dicas, quod ibi actiones erant confusæ, & propterea exstinctæ, sed in casu nostro nec confusæ, nec exstinctæ, *vt per Bart. in d. l. 1.*

Nec tertium obstat de iure quæsito, in cuius præiudicium, &c. iuncta auth. Spec. *in d. §. 1. num. 20.* nam vltra quod idem Spec. *in eodem §. nu. 24.* teneat contrarium contra fideiussorẽ, vt daretur actio vtilis, *vt in d. l. sed reuocata*, quã ipse

ipse non allegauit, vt supra, illud quod dicitur de iure quæsito, non obstat: nam illud procedit quando liberatio non deuenit ex eodemmet actu, qui ex restitutione rescinditur, secus quando ex eodemmet actu, & sic ex eadem radice: nam tunc vna rescissione tolluntur ambo, vt in casu nostro, & per Bald. hoc declarantem *in d. l. fin. nu. 5. & 6. vers. conclusio est. C. de sent. pass.* Vel dicas illud intelligi, † quando ius est quæsitum 26
tertio irreuocabiliter, *vt loquuntur Doct. in d. l. fin. & præcise Bar. nu. 7.* secus si reuocabiliter, vt quando fit restitutio per viam gratiæ, *vt ibidem Bald. allegans in arg. tex. in l. si superatus, §. de pigno. & in l. si à te. §. Iul. ff. de except. rei iudic.* vt in simili dixit D. de Franch. *in decis. 202. nu. 11.* de regula, quod solutione eius, quod debetur, omnis tollatur, &c. † vt procedat, quando irreuocabiliter, secus si reuocabiliter. Nam tunc 27
liberabitur ad tempus, & non omnino, *vt per glos. in l. si creditor, ff. de solut. dum alleg. l. rescriptio. §. fin. & l. nec enim. ff. de pign. actione.*

Nec quartum obstat, quod lex omisit hunc casum, nec de eo fuit locuta, &c. nam nego de eo non fuisse loquutam, immò in specie dixit, *vt in d. l. si debitor, & in d. l. sed reuocata.* † & quando specialiter non dixisset, rationis 28
identitate in omnem casum extendi potuisset, *vt per glos. in cap. quoniam freq. §. porro. vt lite non contest. & in c. cupientes, §. deniq. de elect. in 6. cum simil. alleg. per Crau. cons. 227. nu. 6.*

Nec quintum & vltimum obſtat, quod dicitur de transfuſione,& nouatione. Nam non eſt verum, quod fiat nouatio: nam licet transferantur bona in fiſcum, & de fiſco per reſtitutionem in debitorem, tamen non fit nouatio: nam obligatio non mutatur, ſed perſona ab obligatione eximitur, *vt per Bart. in d. l. 1.* C. *de fideiuſſ.* & ſic non ſumus in terminis text. *d. l. nouatione, C. eo. tit. de fideiuſſ. & ſecundum ea, quæ poſuit Bart. in l. Vranius, ff. de prat. ſtip. in fin. &c.*

## *QVAESTIO VIII.*

SVMMARIVM.

1 *Exceptio principali competens an fideiuſſori quoq; competat.*

2 *Exceptiones aliæ reales aliæ perſonales.*

3 *Exceptiones rei cohærentes quamplures ſunt, & diuerſimode competunt.*

4 *Quæſtio in facti contingentia, ſub qua multa ad quæſt. pertinentia enucleantur.*

5 *Prauentio quando fieri & quæ continere debeat iuxta Rit. & pragm.*

6 *Principalis debitor qui dederit fideiuſſores, ſi ipſe non poterit citari, an eius fideiuſſores poterunt citari.*

7 *Fideiuſſores citati ſuper tenorē inſtrumenti an debeant perſonaliter comparere ad allegandum beneficiū prauentionis factæ per principalem.*

8 *Exceptio prauentionis æquiparatur exceptioni nullitatis inſtrumenti.*

*9 Præ-*

9 Præuentio legitime facta est maior exceptione solutionis, & satisfactionis.
10 Exceptio quæ opponi poterit contra instrumentũ per procuratorem.
11 Magna Curia prouidit in fauorem creditoris, ad conseruandum rigorositatem Ritus.
12 Debitor an possit ipse allegare exceptionem præuentionis factæ in beneficium suorum fideiussorum.
13 Reus potest exceptionem sibi competentem, licet non fideiussori, in fauorem fideiussoris allegare.
14 Præuentio non debet esse inutilis, & infructuosa.
15 Circuitus inutilis est euitandus.
16 Exceptio quæ non potest opponi, an tamen possit super ea officium iudicis implorari.
17 Exceptione qualibet exclusa per statutum, non censetur exclusum iudicis officium.
18 Magna Curia, & Sac. Conf. quare non admiserunt procuratorem nec principalem ad dictas exceptiones.
19 Inhibitio iudicis Ecclesiastici Iudici seculari in fauorem debitoris, an prosit fideiussori.
20 Litis pendentia contra vnum ex correis debendi, an impediat procedi contra alium.
21 Lis mota per fideiussorem contra instramentum, an principali prosit; & quando.
22 Iudicium quando respectu vtriusq; est rescissoriũ, vtrique fideiussori & principali prodest.
23 Inhibitiones Iudicis Ecclesiastici Iudici seculari hodie non sunt in vsu, nec impediunt.

24 *Inhibitio facta per Iudicem laicum superiorem in fauorem debitoris, an prosit fideiussori, vel econtra.*

25 *Plures intellectus ad tex. in l. creditor. in princ. ff. mand.*

26 *Temporu paucum interuallum creditori an praeiudicium afferat.*

27 *Prauentio facta per duos correos debendi in solidum, quorum vnus adimpleuit iuxta pragm. alter non, an currat etiam in beneficium correi non adimplentis.*

28 *Fideiussores citati super tenore instrumenti, si personaliter comparuerint, possent prauentionem allegare, & eis prodesset.*

29 *Debitor si appellauit a sententia contra ipsū lata in caussa prauent. an appellatione pendente, sit quoque supersedendum.*

30 *Prauentionis caussa finita, iudicium obligationis, seu instrumenti liquidi reassumit suam naturam exsecutiuam.*

OCTAVO principaliter quæro, An exce-
1 ptio principali competens, † fideiussori etiam competat? Hæc quæstio quoad se breuissimis verbis absolui posset. Nam eius dispositio apertissima est, exceptiones rei cohærentes principali competentes, fideiussori quoq; competere, non autem personæ cohærentes. sicq; reales, & non personales ex-
2 ceptiones fideiussori cōpetere, † *vt l. except. la 2. §.*

*2. §. rei autem, & l. omnes, ff. de except. l. defensiones, C. eo. l. ex persona, ff. de fideiuss. l. tam mandatori, C. de non num pecun. l. 2. ff. quæ res pignori oblig. &c. & l. fin. ff. de pact. cum simil.* Hæ autem except. rei cohærentes, quæ principali, & successiue fideiussori competere possunt, quam plures sunt, & diuersimode competunt, † *vt in d. iurib. & ibi glos. & signanter Bal. in d. l. tam mandatori,* & Hipp. *in rubr. de fideiuss. q. 36.* per quatuor col. hãc qu. posuit ac nõnullas recensuit. 3

Ego autem sub hac quæstione dubium ponam, quod in facto in Magna Curia habui, & deinde in S. Conf. sub quo nõnulla † ad quæstionẽ concernentia, videbimus. Debitor obligatus in mille p instrumentũ quarentigiatũ publicũ ac liquidũ secundũ formã Ritus, &c. in quo similiter apparet dedisse ad maiorem cautelam fideiussores, principali nomine ac in solidũ se obligantes ac teneri volentes, &c. prætendens creditori satisfecisse seu aliud con tra dictũ instrumentum. Ante diem destinatæ solutionis comparuit in Magna Curia, † ac per viam præuentionis petiit dictum instrumentũ cassari iuxta Ritũ eiusdem M. Cur. 168. secundum computationem Carau. *incip. Item nota quod assignans instrumentum*, ac alium Ritum 189. *incip. Item quod quando contigerit, &c.* ac adimpletis requisitis per Regiam pragmaticam, *incip. Malitijs hominum, in tit. de praue. moder.* obtinuit citationem aduersus creditorem 4 5

dictam præuentionem continentem: creditor sic citatus cum interim iam venerit dies
6 solutionis, † citare fecit super tenore instrumenti fideiussores in solidum obligatos.

Qua facti contingentia sic stante, fuit primo prætensum in hac caussa, fideiussores prædictos ad allegandum hanc exceptionem præuentionis factæ per principalem, non teneri ad comparendum personaliter, iuxta formam Ritus, sed potuisse eam allegare per Prôcuratorem, & non absq; ratione: nam non ignorabatur citatum super tenore instrumenti de-
7 bere personaliter comparere, † *vt in Ritu 166. incip. Item quod si qui debitores, &c.* Et quod in simili caussa procurator non admittitur etiam ad media, quamuis sit ciuilis, *vt inquit Ritus 109. incip. Item seruat dicta Curia, quod in caussis, &c.*

Sed dicebatur hanc præuentionis exceptionem æquiparari exceptioni nullitatis instru-
8 menti, † sicut si opponeretur, instrumentum non esse liquidum ex sui lectura, vel non esse testibus requisitis subscriptum, vel non stipulatum de facie ad faciem, vel excedere annos viginti à die natiuitatis actionis, *vt per Ritum 167. incip. Nota quod iste Ritus.* Nam præuentio legitime facta, seruata forma Regiæ pragma-
9 ticæ, est maior † exceptione solutionis, ex quo per exceptionem solutionis non supersedetur super instrumenti liquidatione: sed per exceptionem præuentionis statim supersede-

tur,

tur, nec poteſt ad liquidationem procedi, niſi finita cauſſa præuentionis, vt diſponunt præalleg. Rit. 168. & 169. Vnde ſicut in ſupra dictis caſibus admittitur procurator pro debitore citato ſuper tenore inſtrumenti, *vt per Carau. ſuper d. Ritu 166. nu. 12. & 15.* ita etiam in exceptione præuentionis.

Secundo quia exceptio competens debitori ex diſpoſitione alicuius Ritus, dicentis non poſſe ꝓcedi ad liquidationem ex aliqua cauſſa, admittitur † per procuratorem, *vt in alleg. Ritu 167. & per Carau. ſuper d. Ritu 166. num. 21. in ſeptimo caſu.* Sed Ritus dicit, quod facta præuentione ſuperſedeatur in liquidatione inſtrumenti, nec ad eam procedatur, *vt d. Rit. 168. & 189.* Igitur hæc exceptio proueniens ex diſpoſitione dictorum Rituum debet per procuratorem admitti.

Tertio & vlt. hoc videbatur voluiſſe expreſſe Carau. *ſuper d. Ritu 168. in 2. not.* dum notauit ex illo Ritu, quod creditor citatus à debitore per viam præuentionis ſuper cancellatione inſtrumenti, non poteſt procedere ad liquidationem inſtrumenti, niſi expedita cauſſa præuentionis, & ſubdit ibi, quod ita ſeruatur hodie: & poteſt poni inter alias limitationes, quas ſupra poſui ad Ritum 166. quæ limitationes ſunt hæc, quas ſupra poſuimus, facientes caſus, in quibus procurator admittitur. De iure communi hab[illegible] amplum

locum defenſionis, quod exceptio competens principali competat etiam fideiuſſori: ſed tunc adducebam⁹ has authoritates ſecun-
11 dum prædictos Ritus † ad euitandum rigoroſitatem Ritus prædicti 166. volentis, citatū ſuper tenore inſtrumenti habere pſonaliter cōparere, & ita prouidit Mag. Curia, non eſſe admittendū per procuratorem dictā exceptionem, alias dicebat, quod dictus Ritus 166. destrueretur, qui adeo eſt laudabilis in Regno.

Secundo fuit prætenſum in dicta cauſa, poſt quam magna Curia noluit admittere procuratorem fideiuſſorū citatorum ad allegandū exceptionem præuentionis, an ſaltē admittere debebat,
12 † vt ipſe debitor Reus principalis poſſet hanc exceptionem opponere in fauorem ſuorū fideiuſſorum, & in ſolidū obligatorum, petendo non eſſe procedendum contra dictos fideiuſſores in ſolidum obligatos, ſtante præuentione facta per ipſum, qua pendente erat ſuperſedendum, vt in d. Ritibus, ſicq; quod exceptio competens principali & fideiuſſori quoque, &c. *vt in allegat. l. exceptiones, §. rei autem, & l. omnes, ff. de except* Et hoc non erat dubium, *vt in dicto iuribus, & aliis ſupra alleg.* ſed dubium erat, an opponi poſſet per principalem ita, vt prodeſſet fideiuſſori: &
13 fuit allegatum, poſſe † reum principalem exceptionem ſibi competentem, licet fideiuſſori non competeret, opponere in fauorem,

&

& defensionem sui fideiussoris, *vt per doctrin. Bald. in l. quoties, in fin. C. de prec. Imp. offer. per text. in l. idemq;, §. generaliter, & in l. si fideiuss. §. quadam, ff. mand. & ibi gloss. & in l. procurator, ad exhib. §. 1. ff. rem rat. hab. vbi Bart. hoc notat, & in l. 1. C. vbi in rem actio. & Aretin. in §. in omnibus, Instit. de fideiuss. & Hippol. in alleg. quæst. 36. post. nu. 275.* Et ratio est: nam alias fideiussor molestatus haberet recursum contra ipsũ principalem, & sic illa præuentio fuisset sibi penitus inutilis, quod esse non debet.† Nam 14
quælibet dispositio, quantumuis stricti iuris, semper debet aliquid operari, ne sit inutilis, *vt in l. stillicidij, ff. quemadmodum seru. amit. cũ aliis alleg. per Crauet. cons. 172. nu. 7. & Anchar. cons. 281. nu. 12. vbi inter alia alleg. tex. in l. ex facto, §. fin. ff. ad Trebell. & faciunt not. per Affl. in decis. 402. num. 5.* imo etiã in materia odiosa, & ad correctionẽ iuris com. verba debẽt impropriari, ne dispositio inutilis reddatur, *vt in auth. ex testamento, iuncta l. 1. C. de collat. Decius in cons. 626. nu. 7. & Bal. in Rub. C. de contra. emt. q. 9.* Præterea hic esset quidam circuitus inutilis, si reus principalis non obstante præuentione posset à fideiussoribus inquietari, † qui circuitus est euitandus, *vt in l. dominus textam, ff. de cond. ind. & in l. cum fundus, §. seruum tuum impud. ff. si cer. pet. cum aliis alleg. per Affl. in dec. 8. in fin. & Anchar. cons. 386. nu. 3.* Et de hoc est tex. apertus *in l. fi. §. fi. C. de vsur. rei iud. & in l. 4. §. 1. & in l. si quis* 15

*reum,*

*reum in princip. ff. de lib. leg.* quæ iura expresse faciunt in fauorem fideiussorum.

Insuper verba dictorum Rituum, quibus disponitur, facta præuentione per principalem debitorem esse supersedendum in liquidatione, diriguntur ad iudicem. Nam iudex est qui interrogationem facit, *vt per Dominum Freccian. de præsent. instrum. par. 9. quæst. 1. nu. 24.*

Sed licet procurator seu principalis non possent dictam exceptionem opponere, tamen officium iudicis implorare circa admissionem d. exceptionis ad defensionem fide-
16 iussorum non possunt vllo pacto prohiberi, † *vt in l. plene, & in l. fin. ff. de petit. hæred. & in l. 4. §. nouissime, ff. naut. caup. stab. & vbique per Bar. & alios*, & Bar. *in l. 1. §. & parui ff. quod vi aut clam.* vbi dixit, quod si statutum prohibet opponi contra instrumentum exceptionem pacti, vel aliam similem competentem, poterit tamen implorari officiũ iudicis, & vide multa similia ad propositum allega. per Hippol. *in d. q. 36. a num. 278. vsq; ad 282.* vbi dicit, quod exclusa quacunq; exceptione per statutum non tamen censebitur exclusum iudicis officium,
17 *per gloss. fin in l. postquam liti,* † *C. de pact.* Et nihilominus prædictis non refragantibus Magna Curia noluit admittere dictum debitorem reum principalem, ad opponendum dictam exceptionem pręuentionis in fauorem dictorum suorum fideiussorum in solidum obligatorum,

torum, ita vt eis prodesset, & impediret liquidationem instrumenti contra ipsos. Et ita similiter prouidit Sacr. Cons. & credo quod Magna Curia, & Sacr. Cons. ita prouiderunt nedum ad conseruandum rigorem illius Ritus, † sed etiam per doctrinam Bal. *in l. 1. C. de* 18
*diuers. rescript. in fin. per text. in l. creditor. in princ. & ibi glos. ff. mand.* vbi dixit, quod si reus principalis dixerit instrumentum vsurariũ coram iudice Ecclesiastico, suo nomine ac nomine fideiussoris, & facta fuerit inhibitio per Iudicem Ecclesiasticum iudici seculari, † ne pro- 19
cederet ad capturam dicti rei, quod dicta inhibitio non prodesset fideiussori: refert Hippol. *in d. quæst. 36. num. 274.* inquiens ita consuluisse Franc. de Aret. *in cons. 33. incip. Consultatio præmissa,* & idem Hippol. fecit de hoc vnum sing. quod ipse non allegauit, q; est sing. 125. *incip. Tuscis regulam iuris esse.*

Ac etiam per illum text. *in d. l. credit.* dixerũt Doct. litis pendentiam contra vnum ex correis debendi non impedire, quin cõtra alium agi possit, tam in caussa principali † quam 20
appellationis, ad quæ vide Bart. *in l. si duobus, §. vbi duo, ff. de duobus reis,* & sic econtra quando fideiussor dixisset instrumentum vsurarium, vel litem mouisset, non per hoc creditor impedietur contra reum principalem agere, vt refert Hippol. *in loco supra citato* dixisse Franci. de Aretin. *in allegat. cons. 33. per eund. text. in d. l.*

*creditor,*

*creditor*, Tamen Bal. *in d. l. tam mandatori, num. 27. & 28. versic. sed nunquid pendente, &c.* dixit, quod si reus voluerit adhærere huic liti per fideiussorem motæ, quod eo casu esset tutus, ne possit molestari, & capi à creditore, ex quo illud iudicium per fideiussorem motum respe-
22 ctu vtriusq; † est rescissorium, & proinde reo quoq; prodest, *arg. l. posthumus, §. si quis ex his, ff. de inoff. testam. & l. 1. C. de diuer. rescript.* Et idem ego dicerem, quando Reus iudicium intentasset contra instrumentum, vt supra diximus, & fideiussor comparuisset, ac vellet liti adhærere, vt tunc molestari non posset, cum iudicium respectu vtriusque ac vtroque casu esset rescissorium, per eandem Bal. doctrinam, ex qua dictus Franc. de Aret. limitabat etiam id quod dixerat de inhibitione facta per iudicem ecclesiasticum laico iudici, vt fideiussori nō prodesset, nisi comparuisset corā ecclesiastico, & pro suo interesse vellet liti adhærere, quod facere posset, *vt in l. si per lusor. §. quoties, ff. de appella. & in l. si suspecta. in princ. ff. de inoff. test. & in c. cum super. de re iudic.* Ac demum ipse Aret. deuenit circa prædicta in opinionem, quam supra sustinuim⁹ in fauorem fideiussoris, vt scilicet reus principalis comparere possit, & ex sua persona fideiussorem defendere, *per tex. in d. l. idemq; §. generaliter, ff. mand.* Quicquid tamen sit, ego existimo, nec cons. Aret. nec sing. Hipp. circa inhibitionem iudicis ecclesiasti-

clesiastici iudici seculari hodie in Regno ꝓcedere,† in quo prædictæ inhibitiones non sunt 23
in vsu, nec iudicem secularem impediunt, *vt ꝑ Affl. in dec, 30. & 31. reiectis dictis per Vrsill. tam super alleg. decis. 30. & 31. quam super alia decis. 206. nu. 3.*

Sed quid si inhibitio non per iudicem ecclesiasticum, sed ꝑ iudicem laicũ superiorem ad instantiam principalis debitoris fieret, vel aliqua supsessoria, ne officialis inferior ad liquidationem † instrumenti seu obligationis 24
incusationem ꝓcederet, & creditor, non obstante tali inhibitoria seu supersessoria, vellet instrumentũ liquidare, seu obligationem incusare contra fideiussores in solidũ obligatos, an possint fideiussores se iuuare dicta inhibitoria seu supsessoria, & impedire creditorẽ ne liquidet seu accuset? Ex supradictis dicerem, ꝙ sic, & iudex inferior teneretur supsedere ac exspectare exitum illius caussæ etiam respectu fideiussoris seu correi, cum iudicium respectu vtriusq; sit rescissorium, *vt per alleg. per Bal. in d. l. tã mandatori, nu. 27. & seq. ac etiam per tex. in l. quoties, §. creditor, ff. de pecul. & dicemus latius infra in proxima nona q. principali.* Nec obstat tex. *in d. l. creditor, ff. mand.* tum quia ille † text. loquitur 25
in mandatore qui non adeo stricte obligatur, nec sic inhæret obligationi, sicut fideiussor, *vt per glos. Bart. & alios in rubr. & in l. 1. de fideiuss.* & proinde habere potuit diuersam caussam à principali debitore, & fuerat quoque præpo-

stero

ſtero ordine actum per creditorem, *arg. l. fideiuſ. ff. de pact.* tum etiam quia licet ibi fuerat appellatum, tamen non fuit inhibitum, vt in caſu noſtro.

Inſuper dici poteſt, quod ibi, dum dicitur debitorem conueniri poſſe a creditore appellatione pendente, dicitur tantum ad demonſtrandum, qualiter debitor non per hoc erat liberatus, ex quo mandator fuerat per prius conuentus, & condemnatus, *vt in l. fin. C. de fideiuſ.* Demum ibi agebatur de condemnatione, & ſic poſt moram. At in quæſtione noſtra ante condemnationem & moram, ſed tátum de ſuperſedendo per paucum temporis
26 interuallum, † quod nullum creditori præiudicium affert circa principalem obligationem. Nam ſi Reus principalis obtinebit, reſcindetur obligatio reſpectu vtriuſque. Si vero non obtinebit, contra vtrumque in continenti exſequetur, *arg. tex. in l. ſi debitori, ff. de iud. & gloſ. 1. in l. 2. C. de preci. Imp. offer.*

Sed ex ſupra dictis inſurgit aliud dubium: An ſi duo in ſolidum ſint obligati penes acta vni creditori, & ambo intentauerint præuen-
27 tionem, † ſed vnus tantum adimpleuit iuxta pragm. ſcilicet præſtitit cautionem de ſoluèndo debitum & pœnam, de qua diximus ſupra *in prima parte, in 4. modo in princip.* an creditor poſſit contra alium obligationem incuſare, non obſtante dicta præuentione facta legiti- ab

me ab altero correo, & in solidum obligato? Dicas, quod aut caussa expressa in præuentione est rescissoria obligationis respectu vtriusque, & tunc præuentio proderit, nec obligatio contra alium accusari poterit: aut caussa non est talis quæ posset rescindere respectu vtriusque, & tunc non proderit præuentio: & vide Bald. *in d. l. tam mandatori, num. 28. vers. sed nunquid*, dum allegat. tex. *in l. posthumus*, §. *si quis ex his, ff. de lib. & post. & Bart. in l. ex duobus ff. de duobus reis, circa fin.*

Absque igitur dubio, quando ipsi fideiussores in solidum obligati citati super tenore instrumenti comparuissent, † ac opposuissent 28 præuentionem legitime factam per ipsorum principalem, quod fuissent admittendi, & contra ipsos supersedendum, donec caussa præuentionis fuisset terminata, *vt in d. Ritibus, 168. & 189.* Sed quid si caussa præuentionis fuerit terminata contra debitorem, qui appellauit à sententia, an pendente appellatione sit supersedendum? † Dic quod non, *arg. tex. in* 29 *d. l. creditor, ff. mand.* ac etiam quia iudicium præuentionis fundabatur in illa cautione præstita de soluendo debitum & pœnam, *vt in prag. malitijs hominum, alleg.* quæ fuit sopita per sententiam latam in prima instantia, nec durat in secunda instantia appellationis, *vt in l. cum apud, ff. iud. sol. cum simil. per nos adductis supra in prima parte, in 12. modo.* Igitur finita caussa

præuentionis iudicium obligationis liquide incusatæ, seu instrumenti liquidi, reassumet
30 naturam suam exsecutiuam, † ac in caussa appellationis non audietur, nisi facto deposito, vel in vinculis, & faciunt dicta per Carau. *super Ritu 187. num. 5.* & an prædicta locum habeant in spontaneo fideiussore, vide Rom. *in sing. 321. incip. Tuscis quod exceptiones, &c.*

## QVAESTIO IX.

### SVMMARIVM.

*1 Moratoria seu dilatio quinquennalis per principalem obtenta an fideiussori prosit.*

*2 Ratio quare dictæ Moratoriæ conceduntur debitoribus, secundum Carau.*

*3 Cautelæ datæ per Doct. ad finem vt moratoriæ fideiussoribus etiam prosint.*

*4 Cautela prima per Carau. relata hodie penitus inutilis.*

*5 Cautela secunda, & declaratio super ea per Carau. an procedant.*

*6 Ratio de iure com. quod principalis potest comparere, & fideiuss. defendere, an procedat in Moratoria.*

*Fideiussores dicuntur quodammodo creditores, ibidem.*

*7 Auctor adducit tres casus ad plenam diffinitionem dictæ quæstionis*

*8 Pactum de non petendo factum debitori principali, an fideiussori prosit.*

*9 Dilatio*

9 Dilatio data à Principe debitori principali an prosit fideiussori.

10 Qualitas positas in dilatione respectu certæ personæ quam personam excludat.

11 Fideiussoris obligatio est accessoria, & sequitur naturam obligationis principalis.

12 Principis beneficia quando sunt latißime intelligenda & extendenda.

13 Obligatio principalis quando non tollitur sed tantum dilatatur, an præiudicium inferre poßit.

14 Fideiussor multoties beneficium consequitur vti fideiuss. quod tanquam principalis nõ haberet.

15 Moratoriæ quæ obtinentur per Massarios apulea debitores, an fideiußoribus prosint.

16 Moratoria concessa debitori ex legis dispositione, an fideiussoribus prosit.

17 Dilatio quinquennalis, quæ sit proprie, & an ea quæ vulgo concurrentia dicitur.

18 Concurrentia prædicta magnopere in regno est in vsu, & de ea Sac. Cons. quotidie molestiam habet.

19 Concurrentiarum tres species positæ per Afflict. Forma procedendi in iudicio concurrentiæ, & qualiter creditores sunt citandi, ibidem.

20 Concurrentia principali concessa, an fideiussoribus quoque concessa videatur.

21 Ceßio bonorum facta per principalem an fideiussoribus prosit.

22 Ratio finalis & propria, quare dictæ concurrentiæ debitoribus concedantur.

23 Concurrentiæ prædictæ quomodo creditoribus nocere dicentur.
24 Ponderatio ad tex. in l. fin. § fin. C. de vsur. rei iud. per auth. in fauorem fideiussorum.
25 Concurrentia si non extenderetur ad fideiuss. ratio ob quam conceditur non locum haberet.
26 Creditoris ius per concurrentias non læditur nisi in tempore.
27 Cessio bonorum efficit deterius ius creditoris, secus autem Moratoria seu concurrentia.
28 Dilatione quinquennali concessa, an vsuræ currant medio tempore.
29 Concurrentiæ communiter hodie conceduntur ne debitores molestentur, nec in persona, nec in bonis.
Concurrentiæ an habeant locum contra creditores Neapolitanos, ibid.
Caran. non bene æquiparauit concurrentias cessioni bonorum, ibid.
30 Fideiussores ex caussa dotis an possint prætendere hoc beneficium concurrentiæ.
31 Creditores habentes credita iurata an teneantur concurrere.
32 Debitoribus cum iuramento obligatis in Regno conceditur concurrentia, & saluus conductus.
33 Dilatio concessa hæredi futuro debitoris an fideiussori prosit
34 Exceptio declinatoria competens principali, an competat fideiussori.
35 Laicus fideiussor clerici, quando & coram quo iudice

*dice conueniendus, & an si post fideiussionem principalis effectus sit clericus, fideiussor sit liberatus.*

36 *Dubitatio circa casum decis. Afflict. 206.*

37 *Obligatio principalis debitoris si fuerit nulla, etiã fideiussoris erit nulla.*

38 *Contra Afflict. nunquam audendum est dicere.*

39 *Clericus quando poterit se obligare coram iudice laico.*

40 *Quando per mutationẽ status personæ principalis fideiussor dicatur liberatus.*

41 *Opinio Authoris circa prædictam quæstionem.*

42 *Impossibilium nulla est obligatio.*

NONO principaliter quæro: An dilatio quinquennalis moratoria per principalem debitorem obtenta, † prosit etiam fideiussoribus in solidum obligatis? Et in hac quæstione licet multa pro vtraque parte dici possent, vt per Hippol. *in Rubr. de fideiuss. quæst. 37. nu. 284.* quæ hic non est conueniens transscribere, ac ipse concludat in fauorem fideiussorum: tamen non puto esse sic simpliciter respondendum, prout respondit Carau. *super Ritu 287. num. 16. versic. 4. quæro,* vbi ex doctrina Cyni, Bald. Sali. *in l. quoties, C. de precibus Imperat. offerendis, & Bald. in l. tam mandatori, C. de non num. pecu. & Bartol. in l. cum filiusfamil. §. si stipulatus, ff. de verb. oblig.* & aliorum, firmauit, moratoriam principali concessam non ex- 1

tendi ad fideiuſſores: nam conceduntur (inquit ipſe) ratione perſonæ debitoris, & vt plurimum ac ſemper propter eius pauperta-
2 tem, & ideo † ad fideiuſſores non extenduntur, *vt in l. exceptiones quæ perſonæ, ff. de excep. cum ſimil.* Verum (ſubdit ipſe) per eoſdem ſcribentes in fauorem fideiuſſorum dari duas cautelas: Primam, vt fideiuſſores opponant exceptionem diſcuſſionis, vel cedendarum:
3 † nam tunc cum per moratoriam principalis debitor non poſſit excuti, nec iura poſſint cedi, repellendi erunt creditores. Hancque primam cautelam limitat ac intelligit ipſe duobus modis: Primo niſi moratoria fuiſſet conceſſa generaliter, reſpectu omnium creditorum: nam tunc etiam ipſi fideiuſſores in hoc caſu creditoris includerentur. Secundo niſi in inſtrumento fuiſſet renunciatum prædictis exceptionibus, *vt per gloſ. in l. ſi ſtipulatus eſſes, §. 1. ff. de fideiuſ.*

Sed certe attenta hac vltima limitatione, hodie dicta prima cautela penitus inutilis &
4 ſuperuacua redditur, † cum nullibi inſtrumentum aliquod fideiuſſionis inueniri poſſit, in quo de ſtylo Notariorum ac ipſorum more, & forma conſueta, prædictis exceptionibus excuſſionis, ac ceſſionis non ſit renunciatum, ita vt hodie vana ſit dicta cautela.

Secun-

Secundam cautelam dari inquit, vt ipse principalis debitor compareat, ac beneficium moratoriæ per ipsum obtentæ in fauorem fideiussorum alleget, *per text. in l. idemque, §. generaliter, ff. mand. & in l. indebitum. ff. de cond. inde. cum aliis simil. supra in 13. quæst. per nos allega.* Putat autem ipse Carau. nec hanc cautelam posse ꝓcedere, quando moratoria esset generaliter concessa respectu omnium creditorũ. †Sed aduerte: nam hæc secunda cautela ac declaratio super eam posita per Carau. aliquam patiuntur difficultatem: nam in casu quæstionis nostræ tractatur de viribus & effectu moratoriæ, an extendatur ad fideiussores. Illud autem ꝙ Reus principalis possit ex sua persona fideiussorem defendere, est ex iuris com. dispositione, etiam extra casum moratoriæ: quod patet: Nã ratio dispositionis iuris communis, scilicet vt fideiussores p indirectũ molestent principalem, *vt per Bar. in d. l. procurator, §. 1. ff. rem ratam, &c.* non † potest locum vendicare in moratoria, qua stante nunquam vidimus fideiussores molestasse principalem, cũ & ipsi certo modo sint creditores, *vt adducunt Dd. in arg. l. 1. in fi. ff. si cer. pe.* Sed melius probat text. *in c. peruenit. extr. de fideiuss. & vide Alex. in in d. l. cũ filiusfam. §. si stipul. circa fin. ff. de ver. obl.* 5 6

Ideo ipse ad plenam intelligentiam huius quæstionis existimo, necessariam esse distinctionem, quam etiam Aret. posuit *in rub. Instit.*

*de except. num.* 12. *ex mente Bald. in d. l. tam mandatori.*† faciendo tres casus, videlicet, aut moratoria, seu saluus conductus, seu dilatio, seu securitas,&c. deuenit ex contractu, aut ex beneficio Principis, aut ex legis dispositione,

Primo casu, quando ex contractu, vtputa si fuerit factum pactum de non petendo, inter creditorem & debitorem per alium annum, tunc si in hoc pacto fuerit comprehen-
8 sa persona principalis debitoris,† cum dictione taxatiua, vt *dumtaxat, solum, tantum, &c.* non comprehenditur fideiussor,& tenebitur, *vt est text. in l. nisi, ff. de pact. & in l. si stipulatus esses,* §. 1. *ff. de fideiuss.* Poterit tamen tale pactũ fideiussori prodesse, si opposuerit de excussione ac cessione iurium. Nam cum creditor ea adimplere non voluerit propter pactum, repelletur à molẽstando fideiussorem, *vt inquit glos. in d. l. si stipulatus,* §. 1. *& Ange. vbi supra.* Aut tale pactum fuit factum absque alia taxatiua, seu determinatione certæ personæ, sed simpliciter, & persona debitoris adest in pacto ad finem demonstrandi cui fuerit factum, & tunc indistincte fideiussorem comprehendit, *vt in l. iurisgent.* §. *pactus, & in l. qui in futurũ,* §. *ex altera, & melius in l. fin. ff. de pact.* Nam si hoc casu dubitatum fuit, an per prorogationem temporis fideiussor sit liberatus, *vt supra in prima par. modo* 8. tanto minus dubitare debemus, quod non possit molestari.

Secun-

Secundo casu, quando dilatio, seu moratoria data fuerit à Principe, † Bart. *in d. l. cum filiusfamil.* & Bald. *in d. l. quoties, & in d. l. tam mandatori*, ponendo exemplum in dilatione concessa per Principem cruce signatis, vel debitoribus de parte nigra, dixerunt, non comprehendi fideiussorem. Nam Princeps dilationem concessit propter illam caussam extrinsecam, quia illi erant signati cruce, vel de parte nigra, sicq; intuitu, & contemplatione certæ personæ, & proinde personam illam qualitatem non habentem non comprehendit. Dicunt tamen hoc casu esse remedium, vt dicti tales cruce signati compareant, & ex eorum persona defendant fideiussorem, ne habeat contra ipsos regressum, &c. vt pluries supra detulimus, *ex d. l. idemq; §. generaliter, cum simil.* 9

Sed aduerte: nam licet dictum remedium sit optimum, tamen speculandi caussa, non animo contradicendi dictis, & conclusionibus nostrorum maiorum, dici posset, quod si Princeps hoc casu non fuerit loquutus per dictioné taxatiuam, *tantum vel solum, & similia*, adhuc fideiussori dicta dilatio ex principis beneficio concessa psit, ac ad ipsum extendatur, considerando quod illa caussa extrinseca, scilicet cruce signatis, & de parte nigra, &c. excludat ac excludere debeat personam aliam æque principalem, quæ non sit eius qualita-

10 tis, vt puta alium debitorem æque† principalem, qui non sit de cruce signatus, &c. sed fideiussor, qui non est æque principalis debitor, sed accessorius: quare erit excludendus, tum ex illa ratione, quia omnes exceptiones, quæ reo competunt, fideiussori competunt, etiam reo iuuito, *vt d. l. omnes, ff. de except.* ac ex persona rei exceptio, & cætera commoda fideiussori competunt, *vt in l. ex persona ff. de fi-*
11 *deiuss.* Et cum obligatio † fideiussoris sit accessoria, §. *fideiussores, Instit. de fideiuss.* sequi debet naturam sui principalis, *vt in c. accessorium, de reg. iur. in 6.* ac accessorium veniat in concessione antecedentis, *l. 3. §. qui habet, ff. de seru. rust. præd. Bal. in l. quamuis, C. de fideicom. cum simi-*
12 Tum † etiam quia Principis beneficia sunt latissime interpretanda, *l. fin. ff. de const. princ. cum dilecti, de donat. cum simili. alleg. per Dec. in cons. 413. nu. 6. & 520. nu. 10. & 588. nu. 20.* maxime quia hoc casu nō esset extendere in tertii præiudicium. Non enim tollitur principalis seu exhauritur, sed tantum dilatatur, ob quod nō consideratur præiudicium vel modicum, *arg.*
13 *text. in d. l. quoties,* † *& ibi glos. 1. C. de prec. imper. offer.* Et pro hac opinione faciunt omnia adducta per Hippol. *in alleg. quæst. 37. num. 382.*

Nec obstat, quod fuerit concessio personalis, &c. nam dicimus prout supra, non extendi ad aliam personam æque principalem, secus vero ad accessoriam, *argum. text. in d. l. si*

fidei-

*stipulatus*, §. 1. *ff. de fideiuss.* cum multoties quis consequitur beneficium tanquam fideiussor, quod tanquam principalis non consequeretur, *vt patet in authen. præsente*, †. *C. de* 14 *fideiusso. & argum. gloss. in l. in ijs*, §. *si duos, in verbo, liberet. ff. de solut. per text. in l. & si ius iur.* §. *si fideiussori ff. de except. & vide text. not. ad propositum, in l. si reus promittendi. ff. de duobus reis.* Nec minus obstabit text. *in l. exceptiones quæ personæ, ff. de except. & in l. & si fideiussor, ff. de re iud. alleg. per Bartol. in dict. l. filiusfamil.* §. *si stipulatus, num. 2.* Nam dicimus, in d. iuribus tractari de præiudicio tollente seu exhauriente, seu diminuente obligationem ac negocium principale, secus vero in casu nostro, in quo per dilationem non tollitur, nec exhauritur actio principalis, & proinde non infertur præiudicium, vt latius dicemus statim in tertio casu. Sicque teneri posse, saluum conductum seu moratoriam concessam à principe debitoribus certæ qualitatis, dummodo sit temporalis, extendi ad fideiussores. & † fa- 15 ciunt prædicta pro moratoriis quæ obtinentur a Massariis Apuleæ colentibus territoria, ne possint conueniri intra certum tempus à suis creditoribus in beneficium culturæ & segetis, vt etiam fideiussoribus Massariorum prosint. Sed cogita, & ita vidimus temporibus nostris fuisse per Cons. Colla. prouisum per plures pragmaticas.

Sed

Sed an debitores Massarii possint retorquere ius iniquum contra dictos Massarios creditores? *vt in decis. Afflict. 66.* Dic quod possunt, si idem sint Massarii, & hoc absq; dubio: vel si sint creditores Massarii, illi non et debitores, vt fuit conclusum *in d. decis. 66.* quicquid dixit ibi Vrsillus, non bene notans Afflict. *in dicta decisio.* Nam veritas est, quod debitori non creditori non datur ius retorquendi, ea ratione: nam retorquutio non datur, vbi ille qui eam prætendit, non fuit læsus, nec potuit lædi, *vt per omnes Doct. & particulariter Paul. de Castro in l. 3 §. hæc pœna ff. quod quisque iuris.*

Tertio casu, quando moratoria seu dilatio datur ex legis dispositione, Bald. & Ang. distingunt, quando dilatio seu dispositio fuerit respectu certæ personæ, & tunc æquiparetur rescripto: aut est generalis, & tunc aut ex mera consideratione † personæ, & non comprehendat fideiussores, *vt d. l. sed, & si fideiussor, ff. de re iud.* aut ratione caussæ, & tunc comprehendat, *vt d. l. exceptiones.* aut mixtæ, & tunc fiat distinctio, prout *in l. 1. & 2. C. de fideiussorum.* Ego vero dilationem, quæ ex legis dispositione deuenit, hic appellabo quinquennalem dilationem, vt quando maior pars creditorum condemnari faciet minorem partem ad concurrendum seu † dandum quinquennalem dilationem debitori, de qua *in l. fin. C. qui bo. ced. poss. & in d. l. iurisgentium. §. hodie, & in l.*

16

17

*in l. maiorem, & in l. rescriptum, ff. de pactis.* quam communiter hodie vocamus concurrentias, in Regno magnopere in vsu, ac de quibus quotidie Sacr. Conf. † molestiam habet, vt 18
dixit D. de Franch. *in decis. 179. post numer. 8.* & per Afflict. *in decis. 288.* vbi ponit tres species, huius dilationis † seu creditorum concurren- 19
tiæ, & nos diximus in nostra praxi Sac. Conf. Ac formam procedendi in iudicio, dum petitur hæc dilatio, ac qualiter omnes creditores sint citandi, vide per Doct. *in d. l. maiorem,* & per Ang. *in §. fin. Instit. de act.* De hac itaque dilatione quinquennali seu concurrentia dubitatur, an concessa principali debitori intelligatur etiam fideiussoribus, & in solidum † 20
obligatis concessa, ita vt dicto tempore quinquennii durante molestari non possunt? Et vt vidistis, Carazui. *super d. Ritu 287. de mente Bart. in d. §. si stipulatus, & Bald. in d. l. quoties,* tenuit, non intelligi concessam dictam dilationem fideiussoribus quoque, ea ratione ( dicebat ipse ) quia has dilationes semper videmus cõcedi propter paupertatem debitorum, & proinde personales, & personam non egrediebantur, idemque dicebat in cessione † bono- 21
rum, cum illæmet rationes procedant quæ in moratoria, *vt ibi, sub num. 18. in fin.* Et in cessione bonorum quod non includantur fideiussores, tenuit Bald. *in d. l. tam mandatori, & post eum Ang. in d. §. fin. Instit. de act. num. 10.* & credo quod

quod hæc sit communis Doct. opin. *vt per Alex. in d. §. si stipulatus, in fine.* Tamen quod moratoriã seu quinquennalem absque cautelis per Carau. traditis, & per nos supra relatis ac declaratis, contrarium sustineri posset, per ea quæ latissime adduxit Hippol. *in d. quæst. 37.* & vltra ipsum ego considero, hãc quinquennalem dilationem non solum concedi propter debitoris paupertatem, vt dixit Carau. sed etiam vt debitores infra hoc tempus acquirere possint, vel acquisita augere, ex qua

22 acquisitione creditores † omnes sint commodum consecuturi, *vt per Dom. de Franc. in alleg. deci. 179. num. 4.* Vnde paupertas non est caussa finalis huius dilationis, vt putauit Cara. sed dicta spes de nouo acquirendi, vel acquisita augendi. Item considero ex hac dilatione, creditores non lædi in aliquo, quam in tempore, quæ læsio modica est, ac nullius con-

23 siderationis, † *vt per glos. in dict. l. fin. C. qui bonis ced. & D. de Franc. in dict. dec.* Modo his consideratis ex ratione tex. *in d. l. fin. §. fi. C. de vsur. rei. iudi.* aperte demonstratur, hanc dilationem etiam ad fideiussores extendi, ibi, *per medium fideiussorem statim pecuniam exsoluere compellebatur, &c.* † ac ibi, *nullum condemnatus*

24 *habebat sensum*, id est, vtilitatem exponit glos. Et eandem rationem in simili casu adduxit Iurisconf. *in d. l. 4. §. nunc de effectu. & in l. si quis reum, in princ. ff. de libe. leg.* Nullam namque

vtilita-

vtilitatem ac nullum commodum debitor ex hac dilatione quinquennali haberet, ſi ad fideiuſſores non extenderetur, cum ſtatim fideiuſſores exacti ipſum principalem debitorem moleſtarent, *vt in alleg. §. fin. & alijs iuribus.*

Nec obſtat reſponſio Bald. *in d. l. quoties.* data ad text. *in d. §. fin.* vt ſcilicet loquatur de dilatione, quæ conceditur cauſſæ iudicati, & non perſonę, &c. Nam ibi tex. clare dicit contrarium, ibi, *relictis propter legem condemnatis perſonis, &c.* ibi, *etiam ad fideiuſſores eorum ac mandatores extenditur, &c.* & ſic de perſonis loquitur: hocque eo maxime, quia alias ratio potiſſima † & finalis, ob quam hæc dilatio con- 25
ceditur, non poſſet locum habere, cum fideiuſſores moleſtati infra quinquennium à creditoribus, ipſi debitorem moleſtarent, ob quam moleſtiam non poſſet debitor de nouo acquirere, ſeu acquiſita augere, vt per Dom. de Franc. *in alleg. deciſ.* conſideratur.

Nec minus obſtat dictum Alex. *in d. §. ſi ſtipulat[illegible], in fin.* Nam loquitur in dilatione data ex Principis beneficio cruce ſignatis, in [illegible] fideiuſſor exactus non haberet recurſum contra crucifigerum: ſecus vero in dilatione quinquennali ex legis diſpoſitione.

Nec ſimiliter obſtat, text. *in d. l. & ſi fideiuſſor, ff.*

*sor, ff. de re iud. cum aliis alleg. per Bar. in d. §. si stipulatus.* Nam vt etiam diximus supra, loquuntur, quando conditio creditoris deterior efficeretur, & eius ius læderetur. Nam tunc non esset conueniens, quod fideiussor non teneretur, *arg. eorum quæ dixit Bart. in l. Stichum, §. quod vulgo, ff. de solu.* Sed in moratoria in nihi-
26 lum læditur ius creditoris, nisi in tempore, † quæ læsio in modico consistit, nec est considerabilis, vt diximus supra ex gl. *in d. l. quoties & in d. l. fin. C. qui bonis, &c. & arg. text. in alleg. l. si debitori, ff. de iud.*

Eodemque modo respondetur ad text. *in §. fin. Instit. de repli.* qui satis stringit pro contraria opinione, & ad literam dicit, beneficium cessionis bonorum non extendi ad fideiussores, cui adde dicta per Ange. *in d. §. fin. Instit. de act. num. 10.* dum alleg. tex. *in l. hæres a debitore, §. si stipulator, ff. de fideiuss.* Nam procedunt, ex quo
27 per lapsum debitoris in bonis † ius creditoris efficeretur deterius, ac læderetur: & proinde donec creditori non fuerit satisfactum, semper fideiussores tenentur, *vt in d. §. fin. de replic. & in d. §. si stipulator.* Semper vero in casu quinquennalis dilationis, vt pluries diximus, per quam creditoris ius non deterius efficitur, nec circa principalem obligationem, nec
28 circa vsuras, † quæ currunt etiam medio tempore, *vt per Salyc. in d. l. quoties, & per Ias. & alios in l. 1. §. & post operis, ff. de nou. ope. nun.*

Con-

Concludo itaq; cum Hippol. licet ipse non respondeat ad dicta contraria, moratoriam seu quinquennalem dilationem, ex concursu maioris partis creditorum debitori concessam, fideiussoribus quoque competere, vt durante dicto tempore conueniri non possint, † nec in personis, nec in bonis, prout hodie 29
communiter has dilationes concedi ait D. de Franch. *in d. decis. 179. num. 9.* vbi etiam ponit, hanc dilationem habere locum contra Neapol. Ex quibus apparet non bene Carau. *super alleg. Ritu 287. post num. 18. in fine*, æquiparasse hanc dilationem bonorum cessioni, quæ satis diuersa est, vt ex sup. dictis. † Et an fideiussor ex caussa dotis possit se tueri per dilationem hanc quinquennalem, fuerunt opiniones, vt per Carau. *super d. Ritu, num. 19. in 5. q.* & post eum per Dominum de Franch. *in decis. 219.* vbi dubitauit contra dotem. 30

Sed an creditores habentes debitorem obligatum cū iuramento, teneantur concurrere? In hac moratoria quinquennali ex iustitia concessa, non est dubium, † inquit Carau. 31
*super d. Ritu, num. 8* vt hodie communiter sunt concurrentiæ: Sed in dilatione ex gratia per Principem concessa, vt in saluo conducto, fuerunt opiniones. Opinio tamen nedum communis, sed communissima (vt ita dicam) est, dictam dilationem non extendi ad debita iurata, vt Carau. refert multos Doct. ita te-

 nentes

nentes *super d. Ritu, num. 6. & 7. & 9.* tamen non meminit decis. Afflict. 5. vbi apparet Sac. Consil. iudicasse in fauorem creditorum habentium eorum credita iurata, quamuis Carau. *ibidem post num. 9.* dicat in Regno seruari
32 contrarium, † vt etiam salui conductus concedantur debitoribus iuramento obligatis, ac idem seruari in Francia videtur sentire Boer. *in decis. 296 post num. 5. vers. tamen non seruatur.* Prædictam tamẽ opinionem quam supra firmauimus, aliqui Doct. limitant, non habere locum, quando maior creditorum pars dilationem concessisset heredi futuro debitoris: nam tunc licet minor pars creditorum non
33 posset heredem molestare, † tamen fideiussores bene posset conuenire, *vt per Mathes. sing. inc. incip. Nota casum pulchrum, & Franc. Cremen. sing. 22. inci. vnus tex. me fecit,* & ambo prædicti hoc tenent per tex. *in l. si præcedenti, § Lucius Titius, ff. mand.* & vide Vrsil. *super decis. Afflict. 206.* vbi ponit quatuor casus, in quibus exceptio, quæ competit principali, non competit fideiussori, & inter prædictos est, quando laicus est fideiussor clerici, vt licet clericus conueniri non possit nisi coram iudice ecclesiastico, tamen laicus eius fideiussor coram iudice laico conueniri potest, vt Sacr. Consil. iudicauit *in dict. decis* ea quidem ratione quoniam exceptio declinatoria competens principali, non competit eius fideiussori seu

seu cessionario, † vt in l. si reus ff. iud. solui, & 34
in l. sed & si r. flu § 1 ff. de iudic. & per Rom. sing. 633.
incip. nunquid. fideiuss. Hoc tamen tu intelligas,
quando laicus fuerit clerici fideiussor post as-
sumptum clericatum: † nam si ante clericatum, 35
& sic quando principalis erit laicus, & dein-
de mutauit statum, & effectus est clericus,
fideiussor non potest conueniri, sed penitus
liberatur, vt per plura defendit Hippol. in d.
Rubr. q. 12. num. 110. Et proinde ego alias dubi-
taui de casu posito per Afflict. in alleg. dec. 206.
dum posuit, quod duo Iuuenes se obligauerunt
penes acta Magnæ Curiæ, sicque supponere
videtur, dictos duos iuuenes laicos fuisse, alias
non potuissent se obligare penes acta Curiæ
secularis, † notum est. Deinde dicit, quod 36
vnus ex dictis qui offenderat, erat clericus, vt
ex litteris significatorialib. & sicq; esset ne-
cesse supponere hunc qui offendit, esse effe-
ctum clericum post obligationem, qua ipse se
in Mag. Cur. obligauit. Igitur infero ego, si
post effectus fuerit clericus, & mutauit sta-
tum, & conditionem suæ personæ, fideiussor
erit liberatus, vt probat Hippol. in alleg. q. 12.
sicque vna erat quæstio, coram quo iudice e-
rat conueniendus.

Et si diceres, quod eo tempore quo se ob-
ligauit in Magna Curia, ille talis non ince-
debat in habitu, licet fuisset clericus, &

sic postea fuit detectus clericus, dico, quod cum obligatio a principio fundata fuerat in persona inhabili coram illo iudice, & tamen volens non poterat clericus hanc nullitatem rescindere, *vt in cap. 1. & in cap. [illegible], & in cap. significasti, de foro compe.* Et ideo cum obligatio principalis nulla fuerit, nulla etiam erat

37 accessoria, & sic fideiussoris similiter nulla, † *vt est text. in l. 2. 1. ff. qui satisd. cog. & ibi [illegible] & Cyn. cum aliis quamplurimis [illegible] per [illegible] in eadem Rubr. quaest. [illegible] num. 35[illegible].*

Vnde dicere oporteret, quod vel opinio Hippol. *in d. quaest. 1[illegible].* non esset vera, & quod fideiussor clerici non liberatur, sed posset conueniri coram iudice laico, vt Afflict. ait Sa. Const. [illegible] *in [illegible] dec. 5.* vel quod ibi Affl. non bene recollit, quod ego nunquam audebo contra tantum virum.

38 † Dicam itaque quod Afflict. optime dixit: nam ille iuuenis, & si clericus, potuit se obligare coram iudice laico, vt tamen conueni-

39 retur coram suo iudice ecclesiastico, † *vt not. in l. si quis in conscrib. de episc. & cle. [illegible] instrum. praesent. par. 1[illegible] quaest. 1. post [illegible] 3. & videtur text. in cap. 2. extra de fi.* ac similiter quod bene dixerit Hippol. *in d. quaest. 1[illegible]* vt fideiussor laici post assumptum clericatum per principalem sit liberatus: vtrumque enim dictum in casu suo procedere poterit. Sed [illegible] de praefata Hippol. doctrinam *in d. quaest. 1[illegible]*

ex

ex alio ego alias dubito, videlicet per tex. *in l. 1.*
*C. de fideiussor. & in l. si vero, ff. qui satisd. cog. & in*
*l. defensiones, C. de except.* licet pro sua opinione
sit text. *in l. sed & si quis, in princ. ff. si quis caut.*
Nam Bal. *in d. l. defensiones*, tradidit notabilem
doctrinam circa hoc, quod aut per mutatio-
nem status actio exstinguitur, & tunc fideius-
sor liberatur: † aut actio non exstinguitur, & 40
fideiussor nõ liberatur, nec exceptio compe-
tit. Sed quando debitor laicus mutat statum,
efficiendo se clericum, actio non exstingui-
tur, sed tantum impeditur coram iudice laico
exerceri. Igitur, &c. Ad text. *in d. l. Sed & si*
*quis*, qui videtur facere pro opinione Hippol.
pluribus modis respondent Doct. & Bart. &
glos. ibi dicunt illum casum esse specialem.
Paul. de Cast. ibi distinguit, aut fideiussor in-
ceperat efficaciter obligari pro principali, vel
non, *vt ibi per eum*: quæ distinctio non placet:
Nã *in d. l. sed & si quis.* fideiussor efficaciter erat
obligatus repræsentare reum, si reus non fuis-
set condemnatus. Vnde glos. *in d. l. defensiones*,
aliter dixit, scilicet quod aliud sit in iudiciis,
aliud in contractibus: quæ distinctio à Bal. ibi
reprobatur, intelligendo ipse dict. tex. *in d. l.*
*sed & si quis*, cum distinctione supra relata.

Ipse itaque sic dicerem, quod aut reus
principalis & fideiussor se obligauerunt ad
factum † præsentationis, vt de aliquem re- 41
præsentando infra terminum, &c. vel ad li-

ctum solutionis, vt de soluendo aliquam quantitatem. Primo casu teneo quod si reus mutauit statum, vtputa quia fuerit condemnatus rei capitalis, vel aliter, vt si se effecit clericum, fideiussor sit liberatus, ac exceptio competens principali, & fideiussori competat, & ita procedat text. *in l. si decesserit, §. qui satisdat. cog. & in dict. l. sed & si quis.* Et ratio est: nam reo mortuo naturaliter, vel ciuiliter, seu effecto clerico, fideiussor non potest, immo impossibile est, adimplere illud factum repræsentandi, & sistendi: nam & mortuus & deportatus naturaliter in iudicio esse non possunt, & similiter clericus in iudicio laicali, etiam si voluerit, *vt dict. cap. si diligenti*, & ideo propter hanc impossibilitatem excusantur, *argum. l. continuus, §. illud ff. de verb. oblig. & l. si vehenda, ff. ad leg. Rhod. de iac.* ac impossibilium nulla est obliga-
42 tio, † *vt in l. impossibilium, ff. de reg. iur. cum simil. allegat. per Hippol. in dict. Rubric. quæst. 20. numer. 155. & 156.* Secundum prædicta procedere poterit opinio Hippol. *in d.q. 12.* & alia *in q. 19. num. 150.*

Secundo vero casu, quando se obligauerunt ad factum solutionis, vtputa de soluendo iudicatum, vel aliam quantitatem, & tunc per status mutationem non liberatur fideiussor, nec competit exceptio, *vt in l. si vero, ff. qui satisdat. cogan. & in dict. l. 4. C. de fideiussor.*

